

§ 1.—Quae satisfactio si omissa fuerit, utilis actio in arrogatorem datur.

20. MARCELLUS libro XXVI. *Digestorum*.—Haec autem satisfactio locum habet, si impubes decessit; sed etsi de pupillo loquitur, tamen hoc et in pupilla observandum est.

21. GAIUS libro *singulari Regularum*.—Nam et feminae ex rescripto Principis arrogari possunt.

22. ULPIANUS libro XXVI. *ad Sabinum*.—Si arrogator decesserit impubere relicto filio adoptivo, et mox impubes decedat, an heredes arrogatoris teneantur? Et dicendum est, heredes quoque restitutos et (1) bona arrogati, et praeterea quartam partem.

§ 1.—Sed an impuberi arrogator substituere possit? quaeritur. Et puto non admitti substitutionem, nisi forte ad quartam solam, quam ex bonis eius consequitur; et haec tenus, ut ei usque ad pubertatem substituat. Ceterum si fidei eius committat, ut quandoque restituat, non oportet admitti fideicommissum, quia hoc non iudicio eius ad eum pervenit, sed Principali providentia.

§ 2.—Haec omnia dicenda sunt, sive in locum filii, sive in locum nepotis aliquis impuberem arrogaverit.

23. PAULUS libro XXXV. (2) *ad Edictum*.—Qui in adoptionem datur, his, quibus agnascitur, et cognatus fit, quibus vero non agnascitur, nec cognatus fit; adoptio enim non ius sanguinis, sed ius agnationis affert. Et ideo si filium adoptaverim, uxor mea illi matris loco non est, neque enim agnascitur ei, propter quod nec cognata (3) eius fit. Item nec mater mea aviae loco illi est, quoniam his, qui extra familiam meam sunt, non agnascitur; sed filiae meae is, quem adoptavi, frater fit, quoniam (4) in familia mea est filia, nuptiis tamen etiam eorum prohibitis.

24. ULPIANUS libro I. *Disputationum*.—Neque absens, neque dissentiens arrogari potest.

25. IDEM libro V. *Opinionum*.—Post mortem filiae suae, quae ut materfamilias quasi iure emancipata vixerat, et testamento scriptis heredibus decessit, adversus factum suum, quasi non iure eam nec praesentibus testibus emancipasset, pater movere controversiam prohibetur.

§ 1.—Neque adoptare, neque arrogare quis absens, nec per alium eiusmodi solennitatem peragere potest.

26. IULIANUS libro LXX. (5) *Digestorum*.—Quem filius meus emancipatus adoptaverit, is nepos meus non erit.

(1) restituere bona, Hal.
(2) XXXVI, Hal.
(3) cognatus, Hal.

§ 1.—Si se habiere omitido esta fianza, se da una acción útil contra el arrogador.

20. MARCELO; *Digesto*, libro XXVI.—Mas esta fianza tiene lugar, si falleció impúbere; pero aunque se habla de pupilo, no obstante, también se ha de observar esto respecto de la pupila.

21. GAYO; *Reglas*, libro único.—Porque por rescripto del Príncipe, también las hembras pueden ser arrogadas.

22. ULPIANO; *Comentarios á Sabino*, libro XXVI.—Si el arrogador hubiere fallecido dejando un hijo adoptivo impúbere, y después muriese el impúbere, quedan obligados los herederos del arrogador? Y se ha de decir, que también los herederos han de restituir los bienes del arrogado, y además la cuarta parte.

§ 1.—Pero, se pregunta, ¿puede acaso el arrogador sustituir al impúbere? Y juzgo que no se admite la sustitución, como no sea solamente para la cuarta parte que de sus bienes consigue; y en tanto que le sustituya hasta la pubertad. Por lo demás, si le hiciere un fideicomiso, para que restituja en cierto tiempo, no conviene que se admita el fideicomiso, porque esto no llega al arrogado por propia voluntad de aquel, sino por disposición del Príncipe.

§ 2.—Todas estas cosas se han decir, cuando alguien hubiere arrogado á un impúbere, ora en lugar de hijo, ora en lugar de nieto.

23. PAULO; *Comentarios al Edicto*, XXXV.—El que se da en adopción, se hace también cognado de aquellos para quienes se hace agnado, y para quienes no se hace agnado, tampoco se hace cognado; porque la adopción no llega consigo el derecho de sangre, sino el derecho de agnación. Y por lo tanto, si yo hubiere adoptado á alguno por hijo, mi mujer no está para él en el lugar de madre, porque no se hace agnada de él, ni por lo tanto se hace su cognada. Asimismo, tampoco mi madre está para él en el lugar de abuela, porque no se hace agnado para aquellos que están fuera de mi familia; pero este á quien adopté se hace hermano de mi hija, porque mi hija está en mi familia, estando también prohibidas entre ellos las nupcias.

24. ULPIANO; *Disputas*, libro I.—No puede ser arrogado ni el ausente, ni tampoco el que disiente.

25. EL MISMO; *Opiniones*, libro V.—Después de la muerte de su hija, que cual madre de familia había vivido como emancipada en derecho, y falleció con herederos instituidos en su testamento, se prohibe que el padre promueva controversia contra su propio hecho, como si no la hubiese emancipado según derecho, ni en presencia de testigos.

§ 1.—Ningún ausente puede ni adoptar, ni arrogar, ni cumplir por medio de otro semejante solemnidad.

26. JULIANO; *Digesto*, libro LXX.—No será nieto mío aquel á quien mi hijo emancipado hubiere adoptado.

(4) quamdiu, otros, según anotación de Hal.
(5) XXV, Hal.

27. *IDEM libro LXXXV. Digestorum.*—Ex adoptivo natus adoptivi locum obtinet in iure civili.

28. *GAIVS libro I. Institutionum.* (1)—Liberum arbitrium est ei, qui filium et ex eo nepotem in potestate habebit, filium quidem potestate dimittere, nepotem vero in potestate retinere; vel ex diverso filium quidem in potestate retinere, nepotem vero manumittere, vel omnes sui iuris efficere. Eadem et de pronepote dicta esse intelligemus.

29. *CALLISTRATUS libro II. Institutionum.*—Si pater naturalis loqui quidem non possit, alio tamen modo, quam sermone, manifestum facere possit, velle se filium suum in adoptionem dare, perinde confirmatur adoptio, ac si iure facta esset.

30. *PAULUS libro I. Regularum.*—Et qui uxores non habent, filios adoptare possunt.

31. *MARCIVS libro V. Regularum.*—Non potest filius, qui est in potestate patris, ullo modo compellere eum, ne sit in potestate, sive naturalis, sive adoptivus.

32. *PAPINIVS libro XXXI. Quaestionum.*—Nonnunquam autem impubes, qui adoptatus est, audiendus erit, si pubes factus emancipari desideret; idque causa cognita per iudicem statuentum erit.

§ 1.—Imperator Titus Antoninus rescripsit, privignum suum tutóri adoptare permittendum.

33. *MARCIVS libro V. Regularum.*—Et si pubes factus non expedire sibi in potestatem eius redigi probaverit, aequum esse (2) emancipari eum a patre adoptivo; atque ita pristinum ius recuperare.

34. *PAULUS libro XI. Quaestionum.*—Quaesitum est (3), si tibi filius in adoptionem hac lege sit datus, ut post triennium puta eundem mihi in adoptionem des, an actio ulla sit? Et Labeo putat nullam esse actionem; nec enim moribus nostris convenit (4) filium temporalem habere.

35. *IDEM libro I. Responsorum.*—Per adoptionem dignitas non minuitur, sed augetur; unde Senator, etsi a plebeio adoptatus est, manet Senator; similiter manet et Senatoris filius.

36. *IDEM libro XVIII. Responsorum.*—Emancipari filium a patre quocunque loco posse constat, ut exeat de patria potestate.

§ 1.—Apud Proconsulem etiam in ea provincia, quam sortitus non est, et manumitti, et in adoptionem dari posse placet.

37. *IDEM libro II. Sententiarum.*—Adopta-

27. *EL MISMO; Digesto, libro LXXXV.*—El nacido de un adoptivo obtiene en el derecho civil el lugar del adoptivo.

28. *GAYO; Instituta, libro I.*—Aquel que tuviere en su potestad á un hijo y á un nieto nacido de él, tiene ciertamente libre arbitrio para emancipar de su potestad al hijo, y retener en su potestad al nieto; ó al contrario, para retener en su potestad al hijo, y manumitir al nieto, ó para hacerlos á todos dueños de sí mismos. Y lo mismo entenderemos que queda dicho también respecto al biznieto.

29. *CALISTRATO; Instituta, libro II.*—Si el padre natural no pudiera en realidad hablar, pero de otro modo que con palabras pudiera manifestar que quería dar á su hijo en adopción, la adopción se confirma lo mismo que si hubiese sido hecha en forma de derecho.

30. *PAULO; Reglas, libro I.*—También los que no tienen mujeres en matrimonio pueden adoptar hijos.

31. *MARCIVANO; Reglas, libro V.*—El hijo, ya sea natural, ya adoptivo, que está bajo la potestad de su padre, no puede compeler de ningún modo á éste para que no le tenga en potestad.

32. *PAPINIANO; Cuestiones, libro XXXI.*—Mas algunas veces deberá ser oído el impúbero que fué adoptado, si, hecho púbero, deseara ser emancipado; y esto se habrá de determinar por el juez, con conocimiento de causa.

§ 1.—El Emperador Tito Antonino decidió por rescripto, que debía permitirse al tutor adoptar á su entenado.

33. *MARCIVANO; Reglas, libro V.*—Y si hecho púbero hubiere probado que no le convenía estar reducido á la potestad de él, que es justo sea emancipado por el padre adoptivo; y que así recupere su primitivo derecho.

34. *PAULO; Cuestiones, libro XI.*—Se preguntó, ¿si se te hubiere dado en adopción un hijo, con la obligación de que después, por ejemplo, de un trienio me lo des en adopción, habría alguna acción? Y Labeon juzga que no hay ninguna acción; porque no conviene á nuestras costumbres tener hijo sólo por algún tiempo.

35. *EL MISMO; Respuestas, libro I.*—Por la adopción no se disminuye la dignidad, sino que se aumenta; por lo cual un Senador, aunque fué adoptado por un plebeyo, permanece Senador; de la misma manera queda también el hijo del Senador.

36. *EL MISMO; Respuestas, libro XVIII.*—Es constante que en cualquier lugar puede ser el hijo emancipado por el padre, de suerte que salga de la patria potestad.

§ 1.—Es permitido que se pueda manumitir y dar en adopción ante el Procónsul, aun en aquella provincia que no le tocó en suerte.

37. *EL MISMO; Sentencias, libro II.*—Cualquiera

(1) *Gayo Inst. I. §. 133.*

(2) *est, Hal.*

(3) *Quaesitum est, omitelas la Vulg.*

(4) *convenire, Hal.*

re quis nepotis loco potest, etiamsi filium non habet.

§ 1.—Eum, quem quis adoptavit, emancipatum, vel in adoptionem datum iterum non potest adoptare.

38. MARCELLUS libro XXVI. *Digestorum*.—Adoptio non iure facta a Principe confirmari potest;

39. ULPIANUS libro III. *de officio Consulis* (1).—nam ita Divus Marcus Eutychiano rescripsit: «Quod desideras, an impetrare debeas, aestimabunt iudices adhibitis etiam his, qui contradicent (2), id est, qui laederentur confirmatione adoptionis».

40. MODESTINUS libro I. *Differentiarum*.—Arrogato patrefamilias, liberi, qui in eius erant potestate, nepotes apud arrogatorem efficiuntur, simulque cum suo patre in eius recidunt potestatem; quod non similiter in adoptione (3) contingit, nam nepotes ex eo in avi naturalis retinentur potestate.

§ 1.—Non tantum quum quis adoptat, sed et quum arrogat, maior esse debet eo, quem sibi per arrogationem, vel per adoptionem filium facit; et utique plenae pubertatis (4), id est decem et octo annis eum praecedere debet.

§ 2.—Spado arrogando suum heredem sibi adsciscere (5) potest; nec ei corporale vitium impedimento est.

41. IDEM libro II. *Regularum*.—Si pater filium, ex quo nepos illi est in potestate, emancipaverit, et postea eum adoptaverit, mortuo eo nepos in patris non revertitur potestatem. Nec is nepos in patris revertitur potestatem, quem avus retinuerit filio dato in adoptionem, quem denuo redadoptavit.

42. IDEM libro I. *Pandectarum*.—Etiam infantem in adoptionem dare possumus.

43. POMPONIUS libro XX. (6) *ad Quintum Mucium*.—Adoptiones non solum filiorum, sed et quasi nepotum fiunt, ut aliquis nepos noster esse videatur, perinde quasi ex filio, vel incerto (7) natus sit.

44. PROCULUS libro VIII. *Epistolarum*.—Si is, qui nepotem ex filio habet, in nepotis loco aliquem adoptavit, non puto, mortuo avo iura consanguinitatis inter nepotes futura esse; sed si sic adoptavit, ut etiam iure legis (8) nepos suus esset, quasi ex Lucio puta filio suo, et ex matrefamilias eius natus esset, contra puto.

45. PAULUS libro III. *ad legem Iuliam et Papiam*.—Onera eius, qui in adoptionem datus est, ad patrem adoptivum transferuntur.

46. ULPIANUS libro IV. *ad legem Iuliam et Pa-*

puede adoptar á otro en calidad de nieto, aunque no tenga hijo.

§ 1.—Nadie puede adoptar por segunda vez á aquel á quien adoptó, y fué luego emancipado, ó dado á otro en adopción.

38. MARCELO; *Digesto, libro XXVI*.—La adopción que no se hizo con arreglo á derecho puede ser confirmada por el Príncipe;

39. ULPIANO; *Del Cargo de Cónsul, libro III*.—Porque el Divino Marco respondió por rescripto á Eutiquiano de esta suerte: «Si debes impetrar lo que deseas, lo estimarán los jueces, habiendo citado también á aquellos que lo contradijeren, esto es, que se perjudicarían con la confirmación de la adopción.»

40. MODESTINO; *Diferencias, libro I*.—Arrogado un padre de familia, los hijos que estaban bajo su potestad se hacen nietos para el arrogador, y recaen juntamente con su padre en la potestad de aquel; lo que no acontece del mismo modo en la adopción, porque los nietos habidos del adoptado son retenidos en la potestad del abuelo natural.

§ 1.—No sólo cuando alguno adopta, sino también cuando arroga, debe ser mayor que aquel á quien para sí hace hijo por la arrogación, ó por la adopción; y ciertamente debe aventajarle el tiempo de la plena pubertad, esto es, diez y ocho años.

§ 2.—Mediante la arrogación, puede el espado procurarse un heredero suyo; y no le sirve de impedimento su defecto corporal.

41. EL MISMO; *Reglas, libro II*.—Si un padre hubiere emancipado al hijo, del cual tuviere en su potestad un nieto, y después lo hubiere adoptado, muerto él, no vuelve el nieto á la potestad del padre. Y tampoco el nieto que el abuelo hubiere retenido, al dar á su hijo en adopción, vuelve á la potestad del padre, á quien de nuevo readoptó.

42. EL MISMO; *Pandectas, libro I*.—También podemos dar en adopción al infante.

43. POMONIO; *Comentarios á Quinto Mucio, libro XX*.—Se hacen las adopciones no solamente en calidad de hijos, sino también al modo de nietos, de suerte que alguno parezca ser nieto nuestro, igualmente que si hubiere nacido de un hijo nuestro, ó de otro desconocido.

44. PROCULO; *Epistolas, libro VIII*.—Si aquel que de su hijo tiene un nieto, adoptó á alguien en lugar de nieto, no opino que, muerto el abuelo, deban existir derechos de consanguinidad entre los nietos; pero si lo adoptó de modo que también fuese legalmente su nieto, cual si hubiese nacido, por ejemplo, de Lucio, su hijo, y de la mujer de éste, juzgo lo contrario.

45. PAULO; *Comentarios á la ley Julia y Papia, libro III*.—Las cargas de aquel que fué dado en adopción se transfieren al padre adoptivo.

46. ULPIANO; *Comentarios á la ley Julia y Pa-*

(1) Proconsulis, *Hal.*
(2) contradicerent, *Hal.*
(3) *Asi Hal.*; adoptionem, *Fl.*
(4) plena pubertate, *Hal.*
(5) accersere, *Vulg.*

(6) XXI., *Hal.*
(7) incerte, *Hal.*; vel deinceps, *Vulg.*
(8) *Otros*, ut tam iure legeque nepos suus, quam si ex Lucio, puta filio suo et ex matref.

piam.—In servitute mea quaesitus mihi filius in potestatem meam redigi beneficio Principis potest; libertinum tamen eum manere non dubitatur.

TIT. VIII.

DE DIVISIONE RERUM ET QUALITATE

1. *GAIUS libro II. Institutionum* (1).—Summa rerum divisio in duos articulos deducitur (2); nam aliae sunt divini iuris, aliae humani. Divini iuris sunt veluti (3) res sacrae et religiosas. Sanctae quoque res, veluti muri et portae (4), quodammodo divini iuris sunt. Quod autem divini iuris est, id nullius in bonis est; id vero, quod humani iuris est, plerumque alicuius in bonis est; potest autem et nullius in bonis esse; nam res hereditariae antequam aliquis heres existat, nullius in bonis sunt. Hae autem res, quae humani iuris sunt, aut publicae sunt, aut privatae; quae publicae sunt, nullius in bonis esse creduntur; ipsius enim universitatis esse creduntur (5). Privatae autem sunt, quae singulorum sunt (6).

§ 1.—Quaedam praeterea res corporales sunt, quaedam incorporeales. Corporales hae sunt, quae tangi possunt, veluti fundus, homo, vestis, aurum, argentum, et denique aliae res innumerabiles. Incorporeales sunt, quae tangi non possunt; qualia sunt ea, quae in iure consistunt, sicut hereditas, usufructus, obligationes quoquo modo contractae. Nec ad rem pertinet, quod in hereditate res corporales continentur; nam et fructus, qui ex fundo percipiuntur, corporales sunt; et id, quod ex aliqua obligatione nobis debetur, plerumque corporale est, veluti fundus, homo, pecunia; nam ipsum ius successionis, et ipsum ius utendi fruendi, et ipsum ius obligationis incorporeale est. Eodem numero sunt et iura praediorum urbanorum et rusticorum, quae etiam servitutes vocantur.

2. *MARCIANUS libro III. Institutionum*.—Quaedam naturali iure communia sunt omnium, quaedam universitatis, quaedam nullius, pleraque singulorum, quae variis ex causis cuique acquiruntur.

§ 1.—Et quidem naturali iure omnium communia sunt illa: aer, aqua profluens, et mare, et per hoc litora maris.

3. *FLORENTINUS libro VI. (7) Institutionum*.—Item lapilli, gemmae, ceteraque, quae in litore invenimus, iure naturali nostra statim fiunt.

4. *MARCIANUS libro III. Institutionum*.—Nemo igitur ad litus maris accedere prohibetur piscandi causa, dum tamen villis, et aedificiis, et monumentis abstinenceatur, quia non sunt iuris gentium,

pia, libro IV.—El hijo que yo tuve estando en esclavitud puede reducirse á mi potestad por concesión del Príncipe; pero no se duda que queda libertino.

TÍTULO VIII.

DE LA DIVISIÓN Y CUALIDAD DE LAS COSAS.

1. *GAYO; Instituta, libro II*.—La capital división de las cosas se reduce á dos especies; porque unas son de derecho divino, y otras de derecho humano. Son de derecho divino, por ejemplo, las cosas sagradas y las religiosas. También las cosas santas, como los muros y las puertas, son en cierto modo de derecho divino. Mas lo que es de derecho divino, no está en los bienes de nadie; pero lo que es de derecho humano, está las más de las veces en los bienes de alguno; puede, no obstante, no estar tampoco en los bienes de alguno; porque los bienes de la herencia, antes que haya algún heredero, no están en los bienes de persona alguna. Mas las cosas que son de derecho humano, ó son públicas, ó privadas; las que son públicas se reputa que no están en los bienes de nadie; porque se considera que son de la misma universalidad. Pero son privadas las que son de cada uno.

§ 1.—Además de esto, unas cosas son corporales, y otras incorpóreas. Son corporales, las que pueden tocarse, como un fundo, un hombre, un vestido, el oro, la plata, y finalmente otras innumerables. Son incorpóreas, las que no pueden tocarse; cuales son las que consisten en un derecho, como la herencia, el usufructo, y las obligaciones de cualquier modo contraídas. Y no importa al caso, que en la herencia se contengan cosas corporales; porque también los frutos, que se perciben de un fundo, son corporales; y aquello que se nos debe por alguna obligación, es corpóreo las más de las veces, como un fundo, un hombre, y el dinero; porque el derecho mismo de sucesión, y el derecho mismo de usar y de disfrutar, y el derecho mismo de una obligación es incorpóreo. También son del mismo número los derechos de los predios urbanos y rústicos, que también se llaman servidumbres.

2. *MARCIANO; Instituta, libro III*.—Algunas cosas son comunes á todos por derecho natural, otras son de la comunidad, otras no son de nadie, y la mayor parte son de particulares, las cuales se adquieren para cada cual por varias causas.

§ 1.—Y ciertamente son comunes á todos por derecho natural estas cosas: el aire, el agua corriente, y el mar, y consiguientemente las costas del mar.

3. *FLORENTINO; Instituta, libro VI*.—Asimismo las piedras preciosas, las perlas, y las demás cosas que encontramos en las riberas, se hacen inmediatamente nuestras por derecho natural.

4. *MARCIANO; Instituciones, libro III*.—Así pues, á nadie se le prohíbe acercarse á la orilla del mar para pescar, con tal que no toque á las casas de recreo, á los edificios, y á los monumentos,

(1) *Gayo Inst. II. §. 2. 3. 8—14.*

(2) *deducitur, Vulg. contra Gayo.*

(3) *veluti, omitela Hal. contra Gayo.*

(4) *civitatum, inserta la Vulg. contra Gayo.*

(5) *ips. en. un. esse cred., omitelas Hal.*

(6) *Quae autem privatae sunt, singulorum existunt, Hal.*

(7) *I., Hal.*

sicut et mare; idque et Divus Pius piscatoribus Formianis et Capenatis (1) rescripsit.

§ 1.—Sed flumina paene omnia et portus publica sunt.

5. GAIUS libro II. *Rerum quotidianarum sive aureorum*.—Riparum usus publicus est iure gentium, sicut ipsius fluminis. Itaque navem ad eas appellere (2), funes ex (3) arboribus ibi natis religare, retia siccare et ex mari reducere, onus aliquid in his reponere cuilibet liberum est, sicuti per ipsum flumen navigare. Sed proprietates illorum est, quorum praediis haerent; qua de causa arbores quoque in his natae eorundem sunt.

§ 1.—In mari piscantibus liberum est casam in litore ponere, in (4) qua se recipiant,

6. MARCIANUS libro III. *Institutionum*.—in tantum, ut et soli domini constituentur, qui ibi aedificant, sed quamdiu aedificium manet; alioquin aedificio dilapso quasi iure postliminii revertitur locus in pristinam causam et, si alius in eodem loco aedificaverit, eius fiet.

§ 1.—Universitatis sunt, non singulorum, veluti (5) quae in civitatibus sunt theatra, et stadia, et similia (6), et si qua alia sunt communia civitatum. Ideoque (7) nec servus communis civitatis singulorum pro parte intelligitur, sed universitatis. Et ideo tam contra civem, quam pro eo posse servum civitatis torqueri Divi Fratres rescripserunt. Ideo et libertus civitatis non habet necesse veniam Edicti petere, si vocet in ius aliquem ex civibus.

§ 2.—Sacrae res, et religiosas, et sanctae in nullius bonis sunt.

§ 3.—Sacrae autem res sunt hae, quae publice consecratae sunt, non private; si quis ergo privatum (8) sibi sacrum constituerit, sacrum non est, sed profanum. Semel autem aede sacra facta, etiam diruto aedificio locus sacer manet.

§ 4.—Religiosum autem locum unusquisque sua voluntate facit, dum mortuum infert in locum suum. In commune autem sepulcrum etiam invitatis ceteris licet inferre. Sed et in alienum locum concedente (9) domino licet inferre, et licet postea ratum (10) habuerit, quam illatus est mortuus, religiosus locus fit.

§ 5.—Cenotaphium quoque magis placet locum esse religiosum, sicut testis in ea re est Virgilius (11);

7. ULPIANUS libro XXV. *ad Edictum*.—sed Divi Fratres contra rescripserunt.

8. MARCIANUS libro IV. *Regularum*.—Sanctum

porque no son del derecho de gentes, como lo es el mar; y esto decidió también el Divino Pío en rescripto á los pescadores Formianos y Capenates.

§ 1.—Pero casi todos los rios y los puertos son públicos.

5. GAYO; *Diario, libro II*.—Es público por el derecho de gentes el uso de las riberas, así como el del mismo rio. Y así, cualquiera tiene libertad para acercar á ellas su nave, atar cuerdas de los árboles allí nacidos, tender á secar y sacar del mar las redes, y acomodar en ellas alguna carga, así como navegar por el mismo rio. Pero la propiedad es de aquellos con cuyos predios colindan; por cuya causa son también de los mismos los árboles en ellas nacidos.

§ 1.—Los que pescan en el mar tienen libertad para situar en la ribera una choza en que se alberguen,

6. MARCIANO; *Instituta, libro III*.—de tal modo, que hasta se constituyan dueños del suelo los que allí edifican, pero sólo mientras permanece el edificio; por lo demás, arruinado el edificio, vuelve el sitio como por derecho de postliminio á su antigua condición, y si otro hubiere edificado en el mismo sitio, se hará de él.

§ 1.—Son de la comunidad, y no de los particulares, por ejemplo, los teatros que hay en las ciudades, y los estadios, y otras cosas semejantes, así como también algunas otras que son comunes á los de las ciudades. Así, pues, el esclavo común de la ciudad no se entiende que es parcialmente de cada uno, sino de la comunidad. Y por esto decidieron por rescripto los Divinos Hermanos, que el esclavo de la ciudad puede ser atormentado para que declare así en contra, como en favor de un ciudadano. Y por lo mismo, tampoco el liberto de la ciudad tiene necesidad de pedir la venia del Edicto, si citare á juicio á cualquiera de los ciudadanos.

§ 2.—Las cosas sagradas, las religiosas, y las santas no están en los bienes de nadie.

§ 3.—Mas son cosas sagradas, las que pública, no privadamente, fueron consagradas; así, pues, si alguno hubiere constituido privadamente sagrada para sí una cosa, esta no es sagrada, sino profana. Mas una vez hecha sagrada una casa, aún después de derruido el edificio, queda sagrado el lugar.

§ 4.—Pero cada cual hace á su voluntad religioso un lugar, con sólo que en un lugar suyo entierre algún muerto. Es, no obstante, lícito enterrar en un sepulcro común, aún contra la voluntad de los condueños. Pero también es lícito enterrar en lugar ageno con el permiso del dueño, y aunque lo hubiere ratificado después que fué sepultado el muerto, el lugar se hace religioso.

§ 5.—Asimismo, más bien parece que el cenotafio sea lugar sagrado, como sobre este particular atestigua Virgilio;

7. ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro XXV*.—pero los Divinos Hermanos decidieron por rescripto lo contrario.

8. MARCIANO; *Reglas, libro IV*.—Es santo lo que

(1) Capuanis, *Vulg.*
(2) applicare, *Vulg.*
(3) ex, *omitela la Vulg.*
(4) in, *anota Br.*
(5) veluti, *omitela Hal.*
(6) et similia, *omitelas Hal.*

(7) Itemque, *Hal.*
(8) privatum, *Hal.*
(9) tantum, *inserta Hal.*
(10) non, *inserta acertadamente Hal.*
(11) Eneida III. 304.

est, quod ab iniuria hominum defensum atque munitum est.

§ 1.—Sanctum autem dictum est a sagminibus. Sunt autem sagmina quaedam herbae, quas legati populi Romani ferre solent, ne quis eos violaret, sicut legati Graecorum ferunt ea, quae vocantur cerycia (1).

§ 2.—In municipiis quoque muros esse sanctos, Sabinum recte respondisse Cassius refert, prohiberique oportere, ne quid in his immitteretur (2).

9. ULPIANUS libro LXVIII. ad Edictum.—Sacra loca ea sunt, quae publice sunt dedicata, sive in civitate sint, sive in agro.

§ 1.—Sciendum est, locum publicum tunc sacrum fieri posse, quum Princeps eum dedicavit, vel dedicandi dedit potestatem.

§ 2.—Illud notandum est, aliud esse sacrum locum, aliud sacrarium; sacer locus est locus consecratus; sacrarium est locus, in quo sacra reponuntur (3), quod etiam in aedificio privato esse potest; et solent, qui liberare eum locum religione volunt, sacra inde evocare.

§ 3.—Proprie dicimus sancta, quae neque sacra, neque profana sunt, sed sanctione quadam confirmata, ut leges sanctae sunt, sanctione enim quadam subnixae (4); quod enim sanctione quadam subnixum est, id sanctum est, etsi Deo non sit consecratum. Et interdum in sanctionibus adicitur, ut, qui ibi aliquid commisit, capite puniatur.

§ 4.—Muros autem municipales nec reficere licet sine Principis vel Praesidis auctoritate, nec aliquid iis coniungere vel superponere.

§ 5.—Res sacra non recipit aestimationem.

10. POMPONIUS libro VI. ex Plautio (5).—Aristo ait, sicut id, quod in mare aedificatum sit, fieri privatam, ita quod mari occupatum sit, fieri publicum.

11. POMPONIUS (6) libro II. ex variis lectionibus.—Si quis violaverit muros, capite punitur, sicuti si quis transcendet scalis admotis vel alia qualibet ratione; nam cives Romanos alia, quam per portas, egredi non licet, quum illud hostile et abominandum sit; nam et Romuli frater Remus occisus traditur ob id, quod murum transscendere voluerit.

TIT. IX.

DE SENATORIBUS

[Cf. Cod. III. 24]

1. ULPIANUS libro LXII. ad Edictum.—Consulari feminae utique Consularem virum praeferendum nemo ambigit. Sed vir Praefectorius an Consulari feminae praeferatur, videndum. Putem praeferrari, quia maior dignitas est in sexu virili.

(1) κηρυκεῖα [caducei], Hal.

(2) committeretur, Vulg.

(3) sacrae res ponuntur, Hal.

(4) ut sunt leges, quia sancti. quad. subn. sunt, Hal.

es defendido y protegido contra la injuria de los hombres.

§ 1.—Mas se dijo *sanctum* (santo), de *sagmen* (vervena). Pero son las verbenas ciertas yerbas, que suelen llevar los Legados del pueblo Romano, para que nadie los ofenda, así como los Legados de los Griegos llevan lo que llaman caduceo.

§ 2.—Refiere Cassio, que Sabino respondió acertadamente que en los municipios también son santos los muros, y que convenía se prohibiera que nada se introdujera en ellos.

9. ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro LXVIII.*—Lugares sagrados son aquellos que fueron públicamente dedicados, ya se hallen en la ciudad, ya en el campo.

§ 1.—Ha de saberse, que un lugar público entonces puede hacerse sagrado, cuando el Príncipe lo dedicó, ó dió facultad para dedicarlo.

§ 2.—Debe notarse, que una cosa es lugar sagrado, y otra sacrario; lugar sagrado es un lugar consagrado; sacrario es un lugar en el que se guardan las cosas sagradas, el cual también puede estar en un edificio privado; y los que quieren librar de la religión este lugar, suelen sacar de allí las cosas sagradas.

§ 3.—Propiamente llamamos santas á las cosas, que ni son sagradas, ni profanas, pero que fueron confirmadas con alguna sanción, á la manera que son santas las leyes, porque están apoyadas con una sanción; pues lo que en una sanción se apoya es santo, aunque no esté consagrado á Dios. Y á veces se añade en las sanciones, que el que contra lo sancionado hizo algo, sea castigado con pena capital.

§ 4.—Mas no es lícito, sin autorización del Príncipe ó del Presidente, ni rehacer los muros municipales, ni añadirles ó sobreponerles cosa alguna.

§ 5.—La cosa sagrada no admite estimación.

10. POMPONIO; *Doctrina de Plautio, libro VI.*—Dice Ariston, que así como se haría privado lo que en el mar se hubiere edificado, así también se hace público lo que por el mar haya sido ocupado.

11. POMPONIO; *Doctrina de autores varios, libro II.*—Si alguno hubiere violado los muros, es castigado con pena capital, como por ejemplo, si alguno los atravesara subiendo por escalas adosadas ó de otra manera cualquiera; porque no es lícito que los ciudadanos Romanos salgan de otro modo que por las puertas, siendo aquello cosa hostil y abominable; como que se cuenta que Remo, hermano de Rómulo, fué muerto por esto, por haber querido atravesar el muro trepando por él.

TÍTULO IX.

DE LOS SENADORES.

[Véase Cód. III. 24.]

1. ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro LXII.*—Ciertamente que nadie duda que el varón Consular ha de ser preferido á la mujer Consular. Pero se ha de ver si el varón que ha sido Prefecto será preferido á la mujer Consular. Yo juzgaría que sea preferido, porque hay mayor dignidad en el sexo viril.

(5) ad Plautium.

(6) Idem, Hal.

§ 1.—Consulares autem feminas dicimus Consularium uxores; adicit Saturninus etiam matres, quod nec usquam relatum est, nec unquam receptum.

2. MARCELLUS *libro III. Digestorum*.—Cassius Longinus non putat ei permittendum, qui propter turpitudinem Senatu motus nec restitutus est, iudicare, vel testimonium dicere, quia lex Iulia repetundarum hoc fieri vetat.

3. MODESTINUS *libro VI. Regularum*.—Senatorem remotum Senatu capite non minui, sed Romae morari Divus Severus et Antoninus permiserunt (1).

4. POMPONIUS *libro XII. ex variis lectionibus*.—Qui indignus est inferiore ordine, indignior est superiore.

5. ULPIANUS *libro I. ad legem Iuliam et Papiam*.—Senatoris filium accipere debemus non tantum eum, qui naturalis est, verum adoptivum quoque; neque intererit, a quo, vel qualiter adoptatus fuerit; nec interest, iam (2) in Senatoria dignitate constitutus eum susceperit, an ante dignitatem Senatoriam.

6. PAULUS *libro II. ad legem Iuliam et Papiam*.—Senatoris filius est et is, quem in adoptionem accepit (3), quamdiu tamen in familia eius manet; emancipatus vero nomen filii emancipatione amittit.

§ 1.—A Senatore in adoptionem filius datus ei, qui inferioris dignitatis est, quasi Senatoris filius videtur; quia non amittitur Senatoria dignitas adoptione inferioris dignitatis, non magis, quam ut Consularis desinat esse.

7. ULPIANUS *libro I. ad legem Iuliam et Papiam*.—Emancipatum a patre Senatore quasi Senatoris filium haberi placet.

§ 1.—Item Labeo scribit, etiam eum, qui post mortem patris Senatoris natus sit, quasi Senatoris filium esse. Sed eum, qui, posteaquam pater eius de Senatu motus est, concipitur et nascitur, Proculus et Pegasus opinantur non esse quasi Senatoris filium. Quorum sententia vera est; nec enim proprie Senatoris filius dicetur is, cuius pater Senatu motus est, antequam iste nasceretur. Si quis conceptus quidem sit, antequam pater eius Senatu moveatur, natus autem post patris amissam dignitatem, magis est, ut quasi Senatoris filius intelligatur; tempus enim conceptionis spectandum plerisque placuit.

§ 2.—Si quis et patrem, et avum habuerit Senatorem, et quasi filius, et quasi nepos Senatoris intelligitur. Sed si pater amiserit dignitatem ante conceptionem huius, quaeri poterit, an, quamvis quasi Senatoris filius non intelligatur, quasi nepos tamen intelligi debeat? Et magis est, ut debeat; ut avi potius ei dignitas prosit, quam obsit casus patris.

§ 1.—Mas llamamos mujeres Consulares á las mujeres de los Cónsules; Saturnino añadió que también á las madres, cosa que ni en parte alguna se dijo, ni nunca se admitió.

2. MARCELO; *Digesto, libro III*.—Cassio Longino no cree que deba permitirse al que por una cosa indecorosa fué removido del Senado, y no fué restituído, juzgar ó prestar testimonio, porque la ley Julia de peculado prohíbe que se haga esto.

3. MODESTINO; *Reglas, libro VI*.—Los Divinos Severo y Antonino permitieron, que el Senador removido del Senado no se disminuyese de cabeza, sino que morase en Roma.

4. POMPONIO; *Doctrina de autores varios, libro XII*.—El que es indigno del orden inferior, es más indigno del superior.

5. ULPIANO; *Comentarios á la ley Julia y Papia, libro I*.—Por hijo de Senador debemos admitir no solo al que lo es natural, sino también al adoptivo; y no importaría de quién ó de qué manera hubiere sido adoptado; ni tampoco hace al caso que lo hubiere adoptado, ya constituido en la dignidad senatoria, ó antes de tener esta dignidad.

6. PAULO; *Comentarios á la ley Julia y Papia, libro II*.—Es hijo de Senador también aquél á quien recibió en adopción, pero sólo mientras permanece en su familia; pues el emancipado pierde por su emancipación el nombre de hijo.

§ 1.—El hijo dado por un Senador en adopción á aquél que es de inferior dignidad, es reputado como hijo de Senador; porque no se pierde la dignidad senatoria por la adopción del de inferior dignidad, del mismo modo que no se deja de ser Consular.

7. ULPIANO; *Comentarios á la ley Julia y Papia, libro I*.—Place que el emancipado por un padre, Senador, sea considerado como hijo de Senador.

§ 1.—Asimismo escribe Labeón, que también es como hijo de Senador el que nació después de la muerte de su padre, Senador. Pero el que, después que su padre fué removido del Senado, es concebido y dado á luz, opinan Próculo y Pegaso que no es reputado hijo de Senador. La opinión de estos es verdadera; porque no se llamará propiamente hijo de Senador, aquel cuyo padre fué removido del Senado, antes que él naciese. Si alguno verdaderamente hubiere sido concebido antes que su padre sea removido del Senado, pero hubiere nacido después de perdida esta dignidad de su padre, hay más razón para que sea reputado como hijo de Senador; pues plugo á los más que debía atenderse al tiempo de la concepción.

§ 2.—Si alguno hubiere tenido padre y abuelo Senadores, se entiende como hijo y como nieto de Senador. Pero si el padre hubiere perdido esta dignidad antes de la concepción de aquél, podría preguntarse, si, aunque no sea reputado como hijo de Senador, deba, sin embargo, ser considerado como nieto. Y hay más razón para que así deba serlo; de suerte que más bien le aproveche la dignidad del abuelo, que le perjudique la desgracia del padre.

(1) rescripserunt, Hal.
(2) an, Vulg.

(3) accipit, Hal.

8. IDEM libro VI. *Fideicommissorum*.—Feminae nuptae clarissimis personis clarissimarum personarum (1) appellatione continentur. Clarissimarum feminarum nomine Senatorum filiae, nisi quae viros clarissimos sortitae sunt, non habentur; feminis enim dignitatem clarissimam mariti tribuunt, parentes vero donec plebei (2) nuptiis fuerint copulatae. Tamdiu igitur clarissima femina erit, quamdiu Senatori nupta est, vel clarissimo, aut separata ab eo alii inferioris dignitatis non nupsit.

9. PAPINIANUS libro IV. *Responsorum*.—Filiam Senatoris nuptias liberti secutam patris casus non facit uxorem; nam quaesita dignitas liberis propter casum patris remoti a Senatu auferenda non est.

10. ULPIANUS libro XXXIV. *ad Edictum*.—Liberos Senatorum accipere debemus non tantum Senatorum filios, verum omnes, qui geniti ex ipsis exve liberis eorum dicantur; sive naturales, sive adoptivi sint liberi Senatorum, ex quibus nati dicuntur. Sed si ex filia Senatoris natus sit, spectare debemus patris eius conditionem.

11. PAULUS libro XLI. *ad Edictum*.—Senatores, licet in urbe domicilium habere videantur, tamen et ibi, unde oriundi sunt, habere domicilium intelliguntur, quia dignitas domicilii adiectionem potius dedisse, quam permutasse videtur.

12. ULPIANUS libro II. *de Censibus*.—Nuptae prius Consulari viro impetrare solent a Principe, quamvis perraro, ut nuptae iterum minoris dignitatis viro nihilominus in Consulari maneant dignitate; ut scio Antoninum Augustum Iuliae Mamaeae (3) consobrinae suae indulsisse.

§ 1.—Senatores autem accipiendum est eos, qui a Patriciis et Consulibus (4) usque ad omnes illustres viros descendunt; quia et hi soli in Senatu sententiam dicere possunt.

TIT. X

DE OFFICIO CONSULIS

[Cf. Cod. XII. 3.]

1 ULPIANUS libro II. *de officio Consulis*.—Officium Consulis est, consilium praebere manumittere volentibus.

§ 1.—Consules et seorsum singuli manumittunt (5); sed non potest is, qui apud alterum nomina ediderit, apud alterum manumittere; separatae enim sunt manumissiones. Sane si qua ex causa collega manumittere non poterit, infirmitate vel aliqua (6) iusta causa impeditus, collegam posse manumissionem expedire, Senatus censuit.

§ 2.—Consules apud se servos suos manumitte-

8. EL MISMO; *Fideicomisos, libro VI*.—Las mujeres casadas con personas muy esclarecidas se comprenden en la denominación de personas muy esclarecidas. No se consideran con el título de mujeres muy esclarecidas las hijas de los Senadores, salvo las que se han casado con varones muy esclarecidos; porque los maridos dan á sus mujeres la dignidad de esclarecidísimas, pero los padres solo hasta que ellas se hubieren unido en nupcias con un plebeyo. Así pues, la mujer será muy esclarecida mientras que está casada con un Senador, ó varón muy esclarecido, ó mientras separada de él no se casó con otro de inferior dignidad.

9. PAPINIANO; *Respuestas, libro IV*.—La remoción del padre no hace que sea cónyuge la hija de un Senador que contrajo nupcias con un libertó; porque por la desgracia del padre removido del Senado no se ha de quitar á los hijos la dignidad adquirida.

10. ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro XXXIV*.—Debemos admitir como descendientes de Senadores, no solamente á los hijos de los Senadores, sino también á todos los que se digan procreados de ellos mismos ó de sus hijos; ya sean naturales, ya adoptivos los hijos de los Senadores, de los cuales se dicen nacidos. Pero si hubiere nacido de una hija de Senador, debemos atender á la condición de su padre.

11. PAULO; *Comentarios al Edicto, libro XLI*.—Los Senadores, aunque parezca que tienen su domicilio en la ciudad, se entiende, no obstante, que también tienen su domicilio allí de donde son oriundos, porque la dignidad más parece haberles aumentado el domicilio, que habérselo permutado.

12. ULPIANO; *De los censos, libro II*.—Las casadas primeramente con varón Consular suelen impetrar del Principe, aunque muy raras veces, que casadas después con varón de inferior dignidad, permanezcan, no obstante, en la dignidad Consular; como sé que Antonino Augusto se lo concedió á su prima hermana materna Julia Mamaea.

§ 1.—Pero se han de entender como Senadores aquellos que descienden desde los Patricios y Cónsules hasta todos los varones ilustres; porque estos solos pueden emitir su opinión en el Senado.

TÍTULO X

DEL CARGO DE CÓNsul

[Véase Cod. XII. 3.]

1. ULPIANO; *Del cargo de Cónsul, libro II*.—Es oficio del Cónsul dar consejo á los que quieren hacer una manumisión.

§ 1.—Cada uno de los Cónsules manumite también por separado; pero el que hubiere manifestado ante uno de ellos los motivos, no puede manumitir ante el otro; porque son manumisiones distintas. Pero si por alguna causa no pudiere manumitir un colega, por estar impedido por una enfermedad ú otra causa justa, determinó el Senado que su otro colega podía efectuar la manumisión.

§ 2.—No hay duda alguna de que los Cónsules

(1) feminarum, Hal.

(2) plebeis, Vulg. Hal.

(3) Mamaeae, Hal.; otros Marinae; Vulg. Matronae.

(4) consularibus, Vulg.

(5) manumittere possunt, Hal.

(6) alia causa (omittendo iusta), Hal.

re posse, nulla dubitatio est. Sed si evenierit, ut minor viginti annis Consul sit, apud se manumittere non poterit, quum ipse sit, qui ex Senatusconsulto consilii causam examinat; apud collegam vero, causa probata, potest.

TIT. XI

DE OFFICIO PRAEFECTI PRAETORIO

[Cf. *Cód. I. 26. 27. VII. 42. XII. 4.*]

1. AURELIUS ARCADIUS CHARISIUS, Magister libellorum, (1) *libro singulari de officio Praefecti praetorio*.—Breviter commemorare necesse est, unde constituendi Praefectorum praetorio officio (2) origo manaverit. Ad vicem Magistri equitum Praefectos praetorio antiquitus institutos esse, a quibusdam scriptoribus traditum est. Nam quum apud veteres Dictatoribus ad tempus summa potestas crederetur, et Magistros equitum sibi eligerent, qui associati participales curae ac militiae gratia (3), secundam post eos potestatem gererent, regimentis reipublicae ad Imperatores perpetuos (4) translatis, ad similitudinem Magistrorum equitum Praefecti Praetorio a Principibus electi sunt, data iis pleniore licentia (5) ad disciplinae publicae emendationem.

§ 1.—His cunabulis (6) Praefectorum auctoritas initiata in tantum meruit augeri, ut appellari a Praefectis Praetorio non possit. Nam quum ante quesitum fuisset, an liceret a Praefectis Praetorio appellare, et (7) iure liceret, et extarent exempla eorum, qui provocaverint, postea publice sententia Principali lecta appellandi facultas interdicta est; credidit enim Princeps, eos, qui ob singularem industriam explorata eorum fide et gravitate ad huius officii magnitudinem adhibentur, non aliter iudicatuos esse pro sapientia ac luce dignitatis suae, quam ipse foret iudicatuus.

§ 2.—Subnixi sunt etiam alio privilegio Praefecti Praetorio, ne a sententiis eorum minores aetate ab aliis magistratibus, nisi ab ipsis Praefectis Praetorio, restitui possint.

TIT. XII

DE OFFICIO PRAEFECTI URBI (8)

[Cf. *Cód. I. 28.*]

1. ULPIANUS *libro singulari de officio Praefecti Urbi*.—Omnia omnino crimina Praefectura Urbis sibi vindicavit, nec tantum ea, quae intra Urbem admittuntur, verum ea quoque, quae extra Urbem intra Italiam Epistola Divi Severi ad Fabium Cilonem (9), Praefectum Urbi, missa declaratur.

§ 1.—Servos, qui ad statuas confugerint, vel

(1) Char. M. lib., omittas Hal.

(2) const. praefecti praet. officium origo, Hal. y Vulg.

(3) Asi conjectura acertadamente Gothofr. en las notas; ad militiae gratia, Taur.; ad sociati principali curae militiae gratia, Hal.; ad socii participales curae militiae gratia;—ad socii participales curae ad militiae gratiam, los códices mejores según Geb.

(4) perpetuo, al.

pueden manumitir ante sí á sus esclavos. Pero si aconteciere que el Cónsul sea menor de veinticinco años, no podrá manumitir ante sí, siendo él mismo el que por virtud de Senadoconsulto examina la causa del consejo; pero puede hacerlo ante su colega, una vez aprobada la causa.

TITULO XI

DEL CARGO DE PREFECTO DEL PRETORIO

[Véase *Cód. I. 26. 27. VII. 42. XII. 4.*]

1. AURELIO ARCADIO CARISIO, Secretario de peticiones; *Del cargo de Prefecto del Pretorio, libro único*.—Es necesario hacer brevemente relación de donde haya procedido el origen de constituir el cargo de Prefecto del Pretorio. Refiérese por algunos escritores, que antiguamente fueron establecidos los Prefectos del Pretorio para sustituir á los Maestres de la Caballería. Pues así como entre los antiguos se concedía á los Dictadores temporales la suprema potestad, y estos elegían para sí Maestres de la Caballería, que asociados en parte para la administración y la milicia, ejerciesen después de ellos la segunda potestad, transferido á los Emperadores perpétuos el régimen de la República, se eligieron por los Principes, á semejanza de los Maestres de la Caballería, Prefectos del Pretorio, habiéndoselos dado más amplia facultad para la corrección de la disciplina pública.

§ 1.—La autoridad de los Prefectos nacida con tales comienzos logró llegar á tanto auge, que no se podía apelar de los Prefectos del Pretorio. Pues como antes se hubiese preguntado, si sería lícito apelar de los Prefectos del Pretorio, y fuera lícito en derecho, y hubiera ejemplos de quienes habían apelado, después por sentencia del Príncipe públicamente leída se prohibió la facultad de apelar; porque creyó el Príncipe, que aquellos que por sus singulares conocimientos, después de probadas su fidelidad y su gravedad, son elevados á la grandeza de este cargo, no habrían de juzgar por su sabiduría y por el brillo de su dignidad de otro modo que él mismo juzgaría.

§ 2. Dotados estuvieron también los Prefectos del Pretorio de otro privilegio, de que de sus sentencias no puedan ser restituidos los menores de edad por otros magistrados, sino por los mismos Prefectos del Pretorio.

TITULO XII

DEL CARGO DE PREFECTO DE LA CIUDAD

[Véase *Cód. I. 28.*]

1. ULPIANO; *Del cargo de Prefecto de la Ciudad, libro único*.—En la carta del Divino Severo dirigida á Fabio Cilon, Prefecto de la Ciudad, se declara que la Prefectura de la Ciudad avocó á sí el conocimiento absolutamente de todos los crímenes, no tan solo de aquellos que se cometen dentro de la Ciudad, sino también de los de fuera de la Ciudad dentro de Italia.

§ 1.—Oirá en sus querellas contra sus señores

(5) Asi Hal.; data est plenior licentia, Taur.; plenior licentia, sobreañadido is, Fl. según Br.

(6) praetorio, inserta Hal.

(7) appellari et an iure, Hal.

(8) URBIS, Vulg.

(9) Cilonem, Vulg.

sua pecunia emtos, ut manumittantur, de dominis querentes audiet.

§ 2.—Sed et patronos egentes de suis libertis querentes audiet, maxime si aegros se esse dicant, desiderentque a libertis exhiberi.

§ 3.—Relegandi deportandique in insulam, quam Imperator assignaverit, licentiam habet.

§ 4.—Initio eiusdem Epistolae ita scriptum est: «Quum Urbem nostram fidei tuae commiserimus». Quidquid igitur intra Urbem admittitur, ad Praefectum Urbi videtur pertinere; sed et si quid intra centesimum milliarium admissum sit, ad Praefectum Urbi pertinet, si ultra ipsum lapidem, egressum est Praefecti Urbi notionem (1).

§ 5.—Si quis servum suum adulterium commisisse dicat in uxorem suam, apud Praefectum Urbi erit audiendus.

§ 6.—Sed et ex interdictis «Quod vi aut clam», aut interdicto «Unde vi» audire potest.

§ 7.—Solent ad Praefecturam (2) Urbis remitti etiam tutores sive curatores, qui male in tutela sive cura versati graviore animadversione indigent, quam ut sufficiat iis suspectorum infamia; quos probari poterit vel numis datis tutelam occupasse, vel praemio accepto operam dedisse, ut non idoneus tutor alicui daretur, vel consulto circa edendum patrimonium quantitatem minuisse, vel evidenti fraude pupilli bona alienasse.

§ 8.—Quod autem dictum est, ut servos de dominis querentes Praefectus audiat, sic accipiemus: non accusantes dominos, hoc enim nequaquam servo permittendum est, nisi ex causis receptis, sed si verecunde expostulent si saevitiam, si duritiam, si famem, qua eos premant (3), si obscenitatem, in qua eos compulerint vel compellant, apud Praefectum Urbi exponant. Hoc quoque officium Praefecto Urbi a Divo Severo datum est, ut mancipia tueatur, ne prostituantur.

§ 9.—Praeterea curare debet Praefectus Urbi, ut numularii probe se agant circa omne negotium suum, et temperent his, quae sunt prohibita.

§ 10.—Quum patronus contemni se a liberto dixerit, vel contumeliosum sibi libertum queratur, vel convicium se ab eo passum liberosque suos vel uxorem, vel quid huic simile obiiciat (4), Praefectus Urbi adiri solet, et (5) pro modo querelae corrigere eum, aut comminari, aut fustibus castigare, aut ulterius procedere in poena eius solet; nam et puniendi plerumque sunt liberti. Certe si se delatum a liberto, vel conspirasse eum contra se cum inimicis doceat, etiam metalli poena in eum statui debet.

§ 11.—Cura carnis omnis, ut iusto pretio praebeatur, ad curam Praefecturae pertinet; et ideo

á los esclavos que se hubieren acogido á las estatuas, ó que se hubieren comprado con su dinero para ser manumitidos.

§ 2.—Pero también oirá á los patronos necesitados que se querellen de sus libertos, mayormente si alegaran que están enfermos, y desearan ser mantenidos por los libertos.

§ 3.—Tiene facultad para relegar y deportar á la isla que el Emperador hubiere designado.

§ 4.—En el principio de la misma carta se halla así escrito: «Habiendo encomendado á tu fidelidad nuestra ciudad.» Por donde, todo lo que se comete dentro de la ciudad, se reputa que pertenece al Prefecto de la Ciudad; mas si algo se hubiere cometido dentro de cien millas, también corresponde al Prefecto de la Ciudad; pero si se ejecutara más allá de la centésima milla, su conocimiento no compete al Prefecto de la Ciudad.

§ 5.—Si alguno dijere que su esclavo había cometido adulterio con su mujer, deberá ser oído ante el Prefecto de la Ciudad.

§ 6.—Mas también puede conocer en los interdictos *Quod vi aut clam*, ó en el interdicto *Unde vi*.

§ 7.—Suelen también remitirse á la Prefectura de la Ciudad los tutores ó los curadores que, por haberse conducido mal en la tutela ó en la curaduría, necesitan más grave castigo, de modo que no les baste la infamia de los sospechosos; aquellos á quienes hubiere podido probárseles ó que ocuparon la tutela por dinero que dieron, ó que por premio recibido procuraron que no se diese á alguno tutor idóneo, ó que deliberadamente para comerse el patrimonio disminuyeron una cantidad, ó que con evidente fraude enagenaron los bienes del pupilo.

§ 8.—Mas lo que antes se dijo, de que el Prefecto oiga á los esclavos que se querellen de sus señores, lo entenderemos de este modo: no acusando á sus señores, pues esto de ningún modo ha de permitirse al esclavo, á no ser por las causas admitidas, sino si reverentemente pidieren satisfacción, cuando expongan ante el Prefecto de la Ciudad ó la sevicia, ó la dureza, ó el hambre con que los opriman, ó la obscenidad á que los hubieren compelido ó los compelan. También se dió al Prefecto de la Ciudad por el divino Severo este cargo, que cuide de los esclavos, para que no sean prostituidos.

§ 9.—Además de esto, deberá cuidar el Prefecto de la Ciudad de que los cambistas se conduzcan con probidad en todos sus negocios, y se abstengan de lo que está prohibido.

§ 10.—Cuando el patrono hubiere dicho que es menospreciado por su liberto, ó se querellase de que este le afrenta, ó de que él y sus hijos ó su mujer han sufrido por aquél algún escándalo, ó expusiere algo á esto semejante, suele recurrirse al Prefecto de la Ciudad, y acostumbra, según la querrela, á corregirle, ó conminarle, ó castigarle con azotes, ó proceder en su castigo más severamente; porque también algunas veces han de ser castigados los libertos. En verdad, si probare que ha sido delatado por su liberto, ó que este conspiró contra él con sus enemigos, también debe decretarse contra aquél la condena á las minas.

§ 11.—Pertenece al cargo de la Prefectura el cuidado de todas las carnes, para que se vendan á

(1) lap. egr. est. praef. urb. notio non est., Hal.

(2) praefectum, Hal.

(3) si saevitia, si duritia, si fami eos premant, Vulg.

(4) Hal.; obicit, Fl.

(5) pr. urb. aditus pro modo, Hal.

et forum suarium sub ipsius cura est; sed et ceterorum pecorum sive armentorum, quae ad huiusmodi praebitionem spectant, ad ipsius curam pertinent.

§ 12.—Quies quoque popularium, et disciplina spectaculorum ad Praefecti Urbi curam pertinere videtur; et sane debet etiam dispositos milites stationarios habere ad tuendam popularium quietem, et ad referendum sibi, quid ubi agatur.

§ 13.—Et urbe interdicere Praefectus Urbi, et qua alia solitarum regionum potest, et negotiatione, et professione, et advocacionibus, et foro, et ad tempus, et in perpetuum. Interdicere poterit et spectaculis et, si quem releget ab Italia, summovere eum etiam a provincia sua.

§ 14.—Divus Severus rescripsit, eos etiam, qui illicitum collegium coisse (1) dicuntur, apud Praefectum Urbi accusandos.

2. PAULUS *libro singulari de officio Praefecti Urbi*.—Adiri etiam ab argentariis, vel adversus eos ex Epistola Divi Hadriani et in pecuniariis causis potest.

3. ULPIANUS *libro II. ad Edictum*.—Praefectus Urbi, quum terminos Urbis (2) exierit, potestatem non habet; extra (3) Urbem potest iudicare.

TIT. XIII

DE OFFICIO QUAESTORIS
[Cf. Cód. I. 30. XII. 6.]

1. ULPIANUS *libro singulari de officio Quaestoris*.—Origo Quaestoribus creandis (4) antiquissima est, et paene ante omnes magistratus. Gracchanus denique Iunius (5) libro septimo de Potestatibus, etiam ipsum Romulum et Numam Pompilium binos Quaestores habuisse, quos ipsi non sua voce, sed populi suffragio crearent, refert. Sed sicuti dubium est, an Romulo et Numa regnantibus Quaestor fuerit, ita (6) Tullo Hostilio rege Quaestores fuisse certum est. Sane crebrior apud veteres opinio est, Tullum Hostilium primum in Rempublicam induxisse Quaestores.

§ 1.—Et a genere quarendi Quaestores initio dictos et Iunius, et Trebatius, et Fenestella (7) scribunt.

§ 2.—Ex Quaestoribus quidam solebant provincias sortiri ex Senatusconsulto, quod factum est Decimo (8) Druso et Porcina (9) Consulibus. Sane non omnes Quaestores provincias sortiebantur, verum excepti erant Candidati Principis; hi etenim solis libris Principalibus in Senatu legendis vacant.

§ 3.—Hodieque obtinuit, indifferenter Quaestores creari tam patricios, quam plebeios; ingressus

justo precio; y así, está al cuidado de la misma el mercado de cerdos; pero también incumbe á su cuidado lo que respecta al suministro en igual forma de las carnes de las demás reses, menores ó mayores.

§ 12.—Igualmente parece que atañe al cuidado del Prefecto de la Ciudad el sosiego de los lugares destinados al pueblo y el régimen de los espectáculos; y á la verdad, también debe tener dispuestos soldados de la guarnición para mantener la quietud de los sitios populares, y para que le reflejan lo que en cualquier parte se haga.

§ 13.—Asimismo puede el Prefecto de la Ciudad desterrar de la ciudad y de cualquiera otra de las regiones acostumbradas, y privar de la negociación, de la profesión, de la abogacía, y del foro, así temporal, como perpétuamente. Podrá también prohibir los espectáculos, y, si relegare á alguien de Italia, echarle también de su provincia.

§ 14.—El Divino Severo respondió por rescripto, que también aquellos, de quienes se diga que se han reunido en asociación ilícita, deben ser acusados ante el Prefecto de la Ciudad.

2. PAULO; *Del cargo de Prefecto de la Ciudad, libro único*.—También, según carta del Divino Adriano, puede acudirse á él por los banqueros ó contra ellos, y en las causas pecuniarias.

3. ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro II*.—El Prefecto de la Ciudad, cuando hubiere salido de los límites de la Ciudad, no tiene potestad; fuera de la Ciudad puede mandar juzgar.

TITULO XIII

DEL CARGO DE CUESTOR
[Véase Cód. I. 30. XII. 6.]

1. ULPIANO; *Del cargo de Cuestor, libro único*.—El origen de la creación de los Cuestores es antiquísimo, y casi anterior á la de todas las magistraturas. En suma, refiere Graciano Junio en el libro séptimo sobre las Potestades, que aun el mismo Rómulo y Numa Pompilio tuvieron dos Cuestores, que no crearon ellos mismos por decreto propio, sino por el voto del pueblo. Mas, así como es dudoso que en los reinados de Rómulo y Numa haya habido Cuestor, así también es cierto que hubo Cuestores reinando Tulo Hostilio. Verdaderamente, la opinión más común entre los antiguos es, que Tulo Hostilio fué el primero que introdujo los Cuestores en la República.

§ 1.—Y por la especialidad de investigar, escriben Junio, Trebacio y Fenestela, que se llamaron en un principio Cuestores.

§ 2.—De estos Cuestores algunos solían sortearse las provincias en virtud de un Senadoconsulto, que se hizo bajo el consulado de Décimo Druso y de Porcina. Mas, á la verdad, no todos los Cuestores se sortaban las provincias, pues estaban exceptuados los llamados Candidatos del Príncipe; pues estos solo se ocupan en leer los libros del Príncipe en el Senado.

§ 3.—Y hoy se observa, que indiferentemente se crean Cuestores, así patricios, como plebeyos; pues

(1) coegisse, *Vulg.*

(2) *Omitela Hal.*

(3) *Omitela Hal.*

(4) quaestoris creandi, *Hal.*

(5) Iunius certe Gracchanus, *Hal.*

(6) a, inserta *Hal.*

(7) *Asi Hal.*; *Fenestella, Taur.*

(8) Decio, *Vulg.*

(9) *Hal. al margen: Otros, Peccina, quizá P. Cecinna.*

dem facilem se praebeat, sed contemni non patitur. Unde mandatis adicitur, ne Praesides provinciarum in ulteriorem familiaritatem provinciales admittant; nam ex conversatione aequali contentio dignitatis nascitur.

§ 1.—Sed et in cognoscendo neque excandescere adversus eos, quos malos putat, neque precibus calamitosorum illacrimari oportet; id enim non est constantis et recti iudicis, cuius animi motum vultus detegit. Et summam ita ius reddi debet, ut auctoritatem dignitatis ingenio suo augeat.

20. PAPINIANUS *libro I. Responsorum*. — Legatus Caesaris, id est (1) Praeses vel Corrector provinciae, abdicando se non amittit imperium.

21. PAULUS *libro singulari de officio Assessorum*. — Praeses quum cognoscat de servo corrupto, vel ancilla devirginata, vel servo stuprato, si actor rerum agentis corruptus esse dicetur, vel eiusmodi homo, ut non ad (2) solam iacturam adversus substantiam, sed ad totius domus eversionem pertineat, severissime debet animadvertere.

TIT. XIX

DE OFFICIO PROCURATORIS CAESARIS VEL RATIONALIS

1. ULPIANUS *libro XVI. ad Edictum*. — Quae acta gesta sunt a Procuratore Caesaris, sic ab eo comprobantur, atque si a Caesare gesta sunt.

§ 1.—Si rem Caesaris Procurator eius quasi rem propriam tradat, non puto eum dominium transferre; tunc enim transfert, quum negotium Caesaris gerens consensu ipsius tradit. Denique si venditionis, vel donationis, vel transactionis causa quid agat, nihil agit; non enim alienare ei rem Caesaris, sed diligenter gerere commissum est.

§ 2.—Est hoc praecipuum in Procuratore Caesaris, quod et eius iussu servus Caesaris adire hereditatem potest; et si Caesar heres instituitur, miscendo se opulentiae hereditati Procurator heredem Caesarem facit.

2. PAULUS *libro V. Sententiarum*. — Quod si ea bona, ex quibus Imperator heres institutus est, solvendo non sint, re perspecta consultitur Imperator (3); heredis enim instituti in aleundis vel repudiandis (4) huiusmodi hereditatibus voluntas exploranda est.

3. CALLISTRATUS *libro VI. de Cognitionibus*. — Curatores Caesaris ius deportandi non habent, quia huius (5) poenae constituendae ius non habent.

§ 1.—Si tamen quasi tumultuosum vel iniurio-

cia, el mostrarse ciertamente afable con los que se le presenten, pero sin que consienta ser menospreciado. Por lo cual se añade en los mandatos, que los Presidentes de provincias no admitan á los habitantes en su familiaridad íntima porque de la conversación entre iguales nace el menosprecio de la dignidad.

§ 1.—Pero tampoco al conocer de una causa conviene que se irrite contra aquellos que reputa malos, ni que vierta lágrimas con las súplicas de los desgraciados; porque no es de juez constante y recto, que el semblante descubra los movimientos de su ánimo. Y en suma, debe administrarse la justicia de modo, que con el propio talento aumente la autoridad de su dignidad.

20. PAPINIANO; *Respuestas, libro I*.—El Legado del Cesar, esto es, el Presidente ó el Corregidor de provincia, no pierde el mando dimitiendo.

21. PAULO; *Del cargo de Asesor, libro único*.—Cuando un Presidente conozca acerca de un esclavo corrompido, ó de una esclava desflorada, ó de un esclavo estuprado, si se dijese que habia sido corrompido un administrador de los bienes del actor, ú otro hombre semejante, de suerte que afecte no solo al detrimento de los bienes, sino también á la destrucción de toda la casa, debe castigar severísimamente.

TÍTULO XIX

DEL CARGO DE PROCURADOR DEL CESAR Ó CONTADOR

1. ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro XVI*. —Las cosas que se trataron y realizaron por el Procurador del Cesar, de tal modo son aprobadas por éste, como si por el mismo Cesar se hubieran ejecutado.

§ 1.—Si el procurador del Cesar entregare como propia una cosa de éste, no juzgo que transfiera el dominio; porque lo transfiere tan solo, cuando gestionando un negocio del Cesar la entrega con consentimiento del mismo. Finalmente, si hiciera alguna cosa por causa de venta, ó de donación, ó de transacción, nada hace; porque no se le ha encomendado enagenar lo que es del Cesar, sino administrarlo diligentemente.

§ 2.—Es peculiar en el Procurador del Cesar, que también por su mandato puede el esclavo del Cesar adir una herencia; y si el Cesar fuera instituido heredero, el Procurador, inmiscuyéndose en una herencia opulenta, hace heredero al Cesar.

2. PAULO; *Sentencia, libro V*.—Pero si aquellos bienes, de que el Emperador fué instituido heredero, no alcanzaron para pagar las deudas, reconocido esto, se consulta al Emperador; porque se ha de explorar la voluntad del heredero instituido para adir ó repudiar semejantes herencias.

3. CALISTRATO; *De las Jurisdicciones, libro VI*. —Los Procuradores del Cesar no tienen derecho para deportar, porque no tienen jurisdicción para imponer esta pena.

§ 1.—Pero si hubieren prohibido que alguno

(1) Hal. en lugar de id est, escribe vel.

(2) Addese ad por conjetura de Gothofr.; Fl. omite ad; Hal. y la Vulg., ut non solum iactura.

(3) Impetatori, Hal. Vulg.

(4) vel repudiandis, omittelas Hal.

(5) huius, omittela Hal.

vigilum.—nam salutem Reipublicae tueri nulli magis credidit convenire, nec alium sufficere ei rei, quam Caesarem. Itaque septem cohortes opportunis locis constituit, ut binas regiones Urbis unaquaque cohors tucatur, praepositis iis Tribunis, et super omnes spectabili Viro, qui Praefectus vigilum appellatur.

§ 1.—Cognoscit Praefectus vigilum de incendiariis, effractoribus, furibus, raptoribus, receptatoribus (1), nisi si qua tam atrox tamque famosa persona sit, ut Praefecto Urbi remittatur. Et quia plerumque incendia culpa fiunt inhabitantium, aut fustibus castigat eos, qui negligentius ignem habuerunt, aut severa interlocutione comminatus fustium castigationem remittit.

§ 2.—Effracturae fiunt plerumque in insulis in horreisque, ubi homines pretiosissimam partem fortunarum suarum reponunt; quum vel cella effringitur, vel armarium, vel arca, et custodes plerumque puniuntur, ut (2) Divus Antoninus Erycio (3) Claro rescripsit. Ait enim, posse cum horreis effractis quaestionem habere de servis custodibus, licet in illis ipsius Imperatoris portio esset.

§ 3.—Sciendum est autem, Praefectum vigilum per totam noctem vigilare debere, et coërrare calceatum cum hamis (4) et dolabris.

§ 4.—Ut curam adhibeant omnes inquilinos admonere, ne negligentia aliqua incendii casus orlatur, praeterea ut aequam unusquisque inquilinus (5) in coenaculo habeat, iubetur admonere.

§ 5.—Adversus capsarios quoque, qui mercede servanda in balneis vestimenta suscipiunt, index est constitutus, ut, si quid in servandis vestimentis fraudulenter admiserint, ipse cognoscat.

4. ULPIANUS *libro singulari de officio Praefecti Urbi* (6).—Imperatores Severus et Antoninus Iunio Rufino Praefecto vigilum ita rescripserunt: «Insularios et eos, qui negligentius ignes apud se habuerint, potes fustibus vel flagellis caedi iubere; eos autem, qui dolo fecisse incendium convinctur, ad Fabium Cilonem Praefectum Urbi, amicum nostrum, remittes (7); fugitivos conquire, eosque dominis reddere debes».

TIT. XVI

DE OFFICIO PROCONSULIS ET LEGATI

[Cf. Cod. I. 35.]

1. ULPIANUS *libro I. Disputationum*.—Proconsul ubique quidem proconsularia insignia habet, statim atque Urbem egressus est; potestatem autem non exercet, nisi in ea provincia sola, quae ei decreta est.

2. MARCIANUS *libro I. Institutionum*.—Omnes Proconsules statim, quam Urbem egressi fuerint,

(1) receptoribus, Hal.

(2) Hal.; et, Fl.

(3) Erycio, (otros Erytio), Hal.; Eurythio, Vulg.

(4) armis, Vulg.

tes, libro único.—porque creyó que el cuidar de la salud de la República á nadie convenía más que al mismo Cesar, y que nadie como él se bastaba para tal objeto. Así pues, constituyó siete cohortes en lugares oportunos, para que cada cohorte cuidase de dos regiones de la Ciudad, habiéndolas encomendado á Tribunos, y sobre todos ellos á un Varón respetable, que se llama Prefecto de los Vigilantes.

§ 1.—Conoce el Prefecto de los Vigilantes de los incendiarios, descerrajadores, ladrones, rateros, y encubridores, salvo si fuera alguna persona tan atroz y tan famosa, que se remita al Prefecto de la Ciudad. Y como las más de las veces ocurren los incendios por culpa de los habitantes, ó castiga con azotes á los que con mucha negligencia tuvieron el fuego, ó conminándolos con una severa reprehensión les perdona el castigo de los azotes.

§ 2.—Los descerrajamientos se hacen por lo general en las casas aisladas y en los almacenes, donde guardan los hombres la parte más preciosa de sus fortunas; cuando se descerraja ó una alacena, ó un armario, ó un arca, son castigados también de ordinario los guardianes, según resolvió el Divino Antonino en rescripto dirigido á Erycio Claro. Pues dijo, que tratándose de almacenes descerrajados, podía este conocer de sus guardianes esclavos, aunque en aquellos hubiera alguna porción del mismo Emperador.

§ 3.—Mas ha de saberse, que el Prefecto de los Vigilantes debe velar toda la noche, y rondar calzado, con garfios y con azuelas.

§ 4.—Se manda que amoneste á todos los inquilinos, para que tengan cuidado de que no ocurra algún caso de incendio por algún descuido, y además se manda que les amoneste para que cada inquilino tenga agna en su habitación.

§ 5.—También está constituido Juez contra los guardarropas, que por estipendio reciben en los baños los vestidos para guardarlos, á fin de que él mismo conozca en los casos en que hubieren cometido algún fraude en la guarda de los vestidos.

4. ULPIANO; *Del cargo de Prefecto de la Ciudad, libro único*.—Los Emperadores Severo y Antonino se dirigieron por rescripto en esta forma á Junio Rufino, Prefecto de los Vigilantes: «Puedes mandar que sean apaleados ó azotados los habitantes de casas aisladas y los de otras, que por negligencia hubieren tenido incendios en ellas; mas remitirás á Fabio Cilon, Prefecto de la Ciudad, nuestro amigo, aquellos que fueren convictos de haber causado el incendio con dolo; y debes buscar á los esclavos fugitivos, y entregarlos á sus dueños.»

TÍTULO XVI

DE LOS CARGOS DE PROCÓNSUL Y LEGADO

[Véase Cód. I. 35.]

1. ULPIANO; *Disputas, libro I*.—El Procónsul tiene ciertamente en todas partes las insignias Proconsulares, desde luego que sale de la Ciudad; mas no ejerce potestad sino en aquella sola provincia que le está asignada.

2. MARCIANO; *Instituciones, libro I*.—Todos los Procónsules tienen jurisdicción, desde luego que

(5) inquilinus, omitela Hal.

(6) Vigilum, Hal.

(7) remittere et, Hal.

habent iurisdictionem; sed non contentiosam, sed voluntariam, ut ecce manumitti apud eos possunt tam liberi, quam servi, et adoptiones fieri.

§ 1.—Apud Legatum vero Proconsulis nemo manumittere potest, quia non habet iurisdictionem talem,

3. ULPIANUS libro XXVI. ad Sabinum. — nec adoptare potest; omnino enim non est apud eum legis actio.

4. IDEM libro I. de officio Proconsulis. — Observare autem Proconsulem oportet, ne in hospitibus praebendis oneret provinciam, ut Imperator noster cum Patre Aufidio Severiano rescripsit.

§ 1.—Nemo Proconsulum stratores (1) suos habere potest, sed vice eorum milites ministerio in provinciis funguntur.

§ 2.—Proficisci autem Proconsulem melius quidem est sine uxore, sed et cum uxore potest, dummodo sciat, Senatum Cotta et Messala Consulibus censuisse futurum, ut, si quid uxores eorum, qui ad officia proficiscuntur, deliquerint, ab ipsis ratio et vindicta exigatur.

§ 3.—Antequam vero fines provinciae decretae sibi Proconsul ingressus sit, Edictum debet de adventu suo mittere, continens commendationem aliquam sui, si qua ei familiaritas sit cum provincialibus vel coniunctio, et maxime excusantis (2), ne publico vel privatim occurrant ei; esse enim congruens, ut unusquisque in sua patria eum exciperet.

§ 4.—Recte autem et ordine faciet, si Edictum decessori suo miserit, significetque, qua die fines sit ingressurus; plerumque enim incerta haec et inopinata turbant provinciales et actus impediunt.

§ 5.—Ingressum etiam hoc eum observare oportet, ut per eam partem provinciam ingrediatur, per quam ingredi moris est, et, quas Graecia ἐπιδημίας [accessus ad provinciam] appellat, sive κατάπλους [adnavigationem], observare, in quam primum civitatem veniat vel applicet; magni enim faciunt provinciales, servari sibi consuetudinem istam et huiusmodi prerogativas. Quaedam provinciae etiam hoc habent, ut per mare in eam (3) provinciam Proconsul veniat, ut Asia, scilicet usque adeo, ut imperator noster (4) Antoninus Augustus ad desideria Asianorum rescripsit, Proconsuli necessitatem impositam per mare Asiam applicare, καὶ τῶν μητροπόλεων Ἐφεσόν [et inter maritimas urbes Ephesum] primam attingere.

§ 1.—Post haec ingressus provinciam mandare iurisdictionem Legato suo debet, nec hoc ante facere, quam fuerit provinciam ingressus. Est enim perquam absurdum, antequam ipse iurisdictionem nanciscatur,—nec enim prius ei competit, quam in eam provinciam venerit,—alii eam mandare, quam non habet; sed si et ante fecerit, et ingressus provinciam in eadem voluntate fuerit, credendum est, videri Legatum habere iurisdictionem non exinde, ex quo mandata est, sed ex quo provinciam Proconsul ingressus est.

hubieren salido de la Ciudad; pero no contentiosa, sino voluntaria, de modo que ante ellos pueden manumitirse así hijos, como esclavos, y hacerse adopciones.

§ 1.—Mas ante el Legado del Procónsul nadie puede manumitir, porque no tiene tal jurisdicción,

3. ULPIANO; *Comentarios á Sabino, libro XXVI.* —ni tampoco puede adoptar; porque absolutamente no hay en él la acción de la ley.

4. EL MISMO; *Del cargo de Procónsul, libro I.* —Mas conviene que el Procónsul cuide de que no se grave á la provincia con la prestación de alojamientos, según decidió por rescripto nuestro Emperador con su padre Aufidio Severiano.

§ 1.—Ningún Procónsul puede tener ensilladores propios, sino que en su lugar desempeñan los soldados este oficio en las provincias.

§ 2.—Mas, á la verdad, es mejor que el Procónsul parta á su destino sin su mujer, aunque bien puede ir con su mujer, con tal que sepa, que el Senado determinó, siendo Cónsules Cotta y Messala, que si en algo hubieren delinquido las mujeres de los que parten á sus destinos, se habrá de exigir de ellos mismos cuenta y castigo.

§ 3.—Pero antes de que haya entrado el Procónsul en los límites de la provincia que se le confió, debe enviar un Edicto sobre su llegada, que contenga alguna recomendación de su persona, si tiene alguna familiaridad ó conexión con los provinciales, y excusando con todo esfuerzo que no le salgan á recibir pública ó privadamente; porque es conveniente, que cada cual lo reciba en su patria.

§ 4.—Mas procederá bien y con orden, si hubiere enviado el Edicto á su antecesor, y le notificara el día en que haya de llegar á las fronteras; pues las más de las veces estas cosas inciertas ó inopinadas turban á los provinciales y embarazan sus actos.

§ 5.—Conviene también que observe esto para el ingreso, que entre en la provincia por aquella parte por la que es costumbre entrar, y que tenga en cuenta las que Grecia llama ἐπιδημίας [entradas á la provincia], ó κατάπλους [punto de arribo], para que llegue ó arribe primeramente á aquella ciudad; pues los provinciales apreciarán mucho que se les conserve esta costumbre y tales prerogativas. Algunas provincias, como la de Asia, tienen además el privilegio de que el Procónsul vaya á ellas por mar, de tal modo, que nuestro Emperador Antonino Augusto, á solicitud de los Asiáticos, determinó por rescripto que se había impuesto al Procónsul la necesidad de arribar al Asia por mar, y de tocar primero καὶ τῶν μητροπόλεων Ἐφεσόν [entre todas las metrópolis, en Efeso].

§ 6.—Después que así haya entrado en la provincia, debe conferir la jurisdicción á su Legado, y no debe hacerlo antes de que hubiere penetrado en la provincia. Porque es muy grande absurdo, que antes que él adquiriera la jurisdicción,—pues no le compete antes que hubiere llegado á aquella provincia,—delegue á otro la que no tiene; pero si así lo hubiere hecho antes, y entrado en la provincia hubiere persistido en la misma voluntad, se ha de creer, que el Legado parece tener jurisdicción, no desde que se le delegó, sino desde que el Procónsul entró en la provincia.

(1) statores, Hal.

(2) excusans, (otros recusando), Hal.

(3) in cas, omitiendo provinciam, Hal.

(4) noster, omitela Hal.

ideo maius imperium in ea provincia habet omnibus post Principem.

9. IDEM libro I. (1) de officio Proconsulis.—Nec quidquam est in provincia, quod non per ipsum expediatur. Sane si fiscalis (2) pecuniaria causa sit, quae ad Procuratorem Principis respicit, melius fecerit, si absteineat.

§ 1.—Ubi decretum necessarium est, per libellum id expedire Proconsul non poterit; omnia enim, quaecunque causae cognitionem desiderant, per libellum non possunt expediri.

§ 2.—Circa advocatos patientem esse Proconsulem oportet, sed cum ingenio, ne contentibilis videatur; nec adeo dissimulare, si quos causarum concinnatores vel redemptores deprehendat; eosque solos pati postulare, quibus per Edictum eius postulare permittitur.

§ 3.—De plano autem Proconsul potest expedire haec, ut obsequium parentibus et patronis liberisque patronorum exhiberi iubeat; comminari etiam et terrere filium a patre oblatum, qui non, ut oportet, conversari dicatur. Poterit de plano similiter et libertum non obsequentem emendare aut verbis, aut fustium castigatione.

§ 4.—Observare itaque eum oportet, ut sit ordo aliquis postulationum (3), scilicet ut omnium desideria audiantur, ne forte, dum honori postulantium datur, vel improbitati ceditur, mediocres desideria sua non proferant, qui aut omnino non adhibuerunt, aut minus frequentes, neque in aliqua dignitate positos Advocatos sibi prospexerunt.

§ 5.—Advocatos quoque petentibus debet indulgere, plerumque feminis, vel pupillis, vel alias debilibus, vel his, qui suae mentis non sunt, si quis iis petat; vel si nemo sit, qui petat, ultro iis dare debet. Sed si qui per potentiam adversarii non invenire se Advocatum dicat, aequè oportet ei Advocatum dare. Ceterum opprimi aliquem per adversarii sui potentiam (4) non oportet; hoc enim etiam ad invidiam eius, qui provinciae praest, spectat, si quis tam impotenter (5) se gerat, ut omnes metuant adversus eum advocationem suscipere.

§ 6.—Quae etiam omnium Praesidum communia sunt, et debent et ab is observari.

10. IDEM libro X. de officio Proconsulis.—Mominisse oportebit, usque ad adventum successoris omnia debere Proconsulem agere, quum sit unus proconsulatus, et utilitas provinciae exigit esse aliquem, per quem negotia sua provinciales explicant; ergo in adventum successoris debet (6) ius dicere.

§ 1.—Legatum suum ne ante se de provincia dimittat, et lege Iulia repetundarum, et Rescripto Divi Hadriani ad Calpurnium Rufum (7) Proconsulem Achaiae admonetur.

11. VENULEIUS SATURNINUS libro II. de officio

(1) II., Hal.

(2) vel, inserta la Vulg.

(3) postulantium, Vulg.

(4) impotentiam, Vulg.

XXXIX.—Y por tanto, tiene en aquella provincia mayor imperio que todos después del Príncipe.

9. EL MISMO; Del cargo de Procónsul, libro I.—Ni hay cosa alguna en la provincia, que por él mismo no se evacue. Con todo, si hubiere una causa pecuniaria fiscal, que corresponda al Procurador del Príncipe, habrá obrado mejor si se abstuviera.

§ 1.—Donde es necesario decreto, no podrá el Procónsul resolver el caso por libelo; porque nada de lo que requiere conocimiento de causa, se puede determinar por libelo.

§ 2.—Conviene que el Procónsul sea sufrido con los abogados, pero con talento, para que no parezca menospreciable; y por tanto, no debe disimular, si advirtiere que algunos son fomentadores ó asentistas de litigios; y solo consentir que abogeen aquellos á quienes por su edicto es permitido abogar.

§ 3.—Mas el Procónsul puede resolver de plano estas cosas: mandar que se preste el obsequio debido á los padres, á los patronos y á los hijos de los patronos; comminar también y atemorizar al hijo presentado por un padre, que sea acusado de no proceder como debe. Igualmente podrá de plano corregir, con palabras ó con castigos de azotes, al liberto no obsequioso.

§ 4.—Y así, conviene que cuide de que haya algún orden en las demandas, para que se oigan las pretensiones de todos, no sea acaso que mientras se atiende á la consideración de los postulantes, ó se cede á la falta de probidad, no expongan sus pretensiones los de mediana esfera, que, ó no presentaron en absoluto Abogados, ó recurrieron á los menos prácticos, y no colocados en alguna dignidad.

§ 5.—Deberá también dar abogados á los que los pidan, ordinariamente á las mujeres, ó á los pupilos, ó á los de otra manera débiles. ó á los que no están en su juicio, si alguno los pidiere; y aunque no haya ninguno que los pida, deberá dárseles de oficio. Mas si alguien dijera que por el gran poder de su adversario no encontraba el Abogado, igualmente convendrá que le dé Abogado. Por lo demás, no conviene que nadie sea oprimido por el poder de su contrario; pues también redundaría en desprestigio del que gobierna una provincia, que alguien se conduzca con tanta insolencia, que todos teman tomar á su cargo abogar contra él.

§ 6.—También deben observarse por estos las disposiciones que son comunes á todos los Pre-sidentes.

10. EL MISMO; Del cargo de Procónsul, libro X.—Convendrá que el Procónsul tenga presente, que debe evacuar todos los negocios hasta la llegada de su sucesor, como quiera que sea uno el proconsulado, y exija la utilidad de la provincia que haya alguien, por quien los habitantes de ella tengan despachados sus negocios; deberá, por lo tanto, administrar justicia hasta la llegada de su sucesor.

§ 1.—Así por la ley Julia de peculado, como por el Rescripto del Divino Adriano á Calpurnio Rufo, Procónsul de Acaya, se previene que no permita salir de la provincia á su Legado antes que él.

11. VENULEYO SATURNINO; Del cargo de Pro-

(5) Esto es, intemperanter, Br.

(6) Así dice Br. que está corregido en Fl.; debet, Taur.; debet, Hal.

(7) Calp. Rufinum, Hal.; Calpurnium Rufum, Vulg.

Proconsulis. — Si quid erit, quod maiorem animadversionem exigat, relicere (1) Legatus apud Proconsulem debet; neque enim animadvertendi, coercendi, vel atrociter verberandi ius habet.

12. PAULUS libro II. ad Edictum.—Legatus mandata sibi iurisdictione iudicis dandi ius habet (2).

13. POMPONIUS libro X. ad Quintum Mucium.—Legati Proconsulis nihil proprium habent, nisi a Proconsule iis mandata fuerit iurdictio.

14. ULPIANUS libro XX. ad Legem Iuliam et Papiam.—Proconsules non amplius, quam sex fascibus utuntur.

15. LICINIUS RUFINUS libro III. Regularum.—Et Legati Proconsulum tutores dare possunt.

16. ULPIANUS libro II. ad Edictum.—Proconsul portam Romae ingressus deponit imperium.

TIT. XVII

DE OFFICIO PRAEFECTI AUGUSTALIS
[Cf. Cod. I. 37.]

1. ULPIANUS libro XV. (3) ad Edictum.—Praefectus Aegypti non prius deponit praefecturam et imperium, quod ad similitudinem Proconsulis lege sub Augusto ei datum est, quam Alexandriam ingressus sit successor eius, licet in provinciam venerit; et ita mandatis eius continetur.

TIT. XVIII

DE OFFICIO PRAESIDIS
[Cf. Cod. I. 40.]

1. MACER (4) libro I. de officio Praesidis.—Praesidis nomen generale est, eoque (5) et Proconsules, et Legati Caesaris, et omnes provincias regentes, licet Senatores sunt, Praesides appellantur; Proconsulis appellatio specialis est.

2. ULPIANUS libro XXVI. ad Sabinum.—Praeses apud se adoptare potest, quemadmodum et emancipare filium, et manumittere servum potest.

3. PAULUS libro XIII. ad Sabinum.—Praeses provinciae in suae provinciae homines tantum imperium habet, et hoc, dum in provincia est; nam si excesserit, privatus est. Habet interdum imperium et adversus extraneos homines, si quid (6) manu commiserint; nam et in mandatis Principum est, ut curet is, qui provinciae praest, malis hominibus provinciam purgare; nec distinguitur, unde sint.

(1) remittere, Hal.

(2) Los antiguos leyeron ius non habet, Br.

(3) II., Hal.

(4) Martianus, Vulg.

consul, libro II.—Si hubiere algo que exija un castigo mayor, debe el Legado remitirlo al Procónsul; pues no tiene facultad para corregir, castigar, ó azotar de una manera grave.

12. PAULO; Comentarios al Edicto, libro II.—El Legado tiene facultad para nombrar juez en la jurisdicción que se le confirió.

13. POMPONIO; Comentarios á Quinto Mucio, libro X.—Los Legados del Procónsul no tienen ninguna atribución propia, si por el Procónsul no se les hubiere conferido jurisdicción.

14. ULPIANO; Comentarios á la ley Julia y Papia, libro XX.—Los Procónsules no usan más que seis facces.

15. LICINIO RUFINO; Reglas, libro III.—También los Legados de los Procónsules pueden dar tutores.

16. ULPIANO; Comentarios al Edicto, libro II.—El Procónsul, luego que ha entrado por una puerta de Roma, depone su imperio.

TÍTULO XVII

DEL CARGO DE PREFECTO AUGUSTO
[Véase Cod. I. 37.]

1. ULPIANO; Comentarios al Edicto, libro XV.—El Prefecto de Egipto no deja la prefectura y el mando, que á semejanza del Procónsul se le dió por una ley en tiempo de Augusto, antes que su sucesor haya entrado en Alejandría, aun cuando hubiere llegado á la provincia; y así se contiene en sus mandatos.

TÍTULO XVIII

DEL CARGO DE PRESIDENTE
[Véase Cod. I. 40.]

1. MACER; Del cargo de Presidente, libro I.—El título de Presidente es genérico, y por esto los Procónsules, los Legados del Cesar, y todos los que gobiernan provincias, aunque son Senadores, se llaman Presidentes; la denominación de Procónsul es especial.

2. ULPIANO; Comentarios á Sabino, libro XXVI.—El Presidente puede adoptar ante sí, así como también puede emancipar al hijo, y manumitir al esclavo.

3. PAULO; Comentarios á Sabino, libro XIII.—El Presidente de una provincia tiene imperio tan solo sobre los hombres de su provincia, y esto, mientras reside en la provincia; porque si hubiere salido de ella, es persona privada. Tiene á veces potestad también sobre los extraños, si hubieren cometido algún delito con armas; porque también se expresa en los mandatos de los Príncipes, que cuide el que preside la provincia de purgar á esta de hombres malos; y no se hace distinción de dónde sean.

(5) eo quod Proconsules—appellantur, Hal.

(6) in alium, inserta Hal.

4. ULPIANUS libro XXXIX. ad Edictum.—Praeses provinciae maius imperium in ea provincia habet omnibus post Principem.

5. IDEM libro I. de omnibus Tribunalibus.—Praeses provinciae non magis tutorem, quam specialem indicem ipse se dare potest.

6. IDEM libro I. Opinionum.—Illicitas exactiones, et violentia factas, et extortas metu venditiones et cautiones vel sine pretii numeratione prohibeat Praeses provinciae. Item, ne quis iniquum lucrum aut damnum sentiat, Praeses provinciae provideat.

§ 1.—Veritas rerum erroribus gestarum non vitiat; et ideo Praeses provinciae id sequatur, quod (1) convenit eum ex fide eorum, quae probabuntur.

§ 2.—Ne potentiores viri humiliores iniuriis afficiant, neve defensores eorum calumniosis criminibus insectentur innocentes, ad religionem Praesidis provinciae pertinet.

§ 3.—Illicita ministeria, sub praetextu adiuvantium militares viros, ad concutiendos homines procedentia prohibere, et deprehensa coercere Praeses provinciae curet; et sub specie tributum illicitas exactiones fieri prohibeat.

§ 4.—Neque licita negotiatione aliquos prohiberi, neque prohibita exerceri, neque innocentibus poenas irrogari, ad sollicitudinem suam Praeses provinciae revocet.

§ 5.—Ne tenuis vitae homines sub praetextu adventus officiorum vel militum, lumine (2) unico vel brevi suppellectili ad aliorum usus translatis, iniuriis vexentur, Praeses provinciae providebit.

§ 6.—Ne quid sub nomine militum, quod ad utilitates eorum in commune non pertinet, a quibusdam propria sibi commoda inique vindicantibus committatur, Praeses provinciae provideat.

§ 7.—Sicuti medico imputari eventus mortalitatis non debet, ita quod per imperitiam commisit, imputari ei debet; praetextu humanae fragilitatis delictum decipientis in periculo homines innoxium esse non debet.

§ 8.—Qui universas provincias regunt, ius gladii habent, et in metallum dandi potestas iis permissa est.

§ 9.—Praeses provinciae, si mulctam, quam irrogavit, ex praesentibus facultatibus eorum, quibus eam dixit, redigi non posse deprehenderit, necessitate (3) solutionis moderetur reprehensa exactorum illicita avaritia. Remissa propter inopiam mulcta a provincias regentibus exigi non debet.

7. IDEM libro III. Opinionum.—Praeses provinciae inspectis aedificiis, dominos eorum causa cognita reficere ea compellat, et adversus detractantem (4) competenti remedio deformitati auxilium ferat.

4. ÚLPIANO; *Comentarios al Edicto, libro XXXIX.*—El Presidente de una provincia tiene en ella mayor imperio que todos, después del Príncipe.

5. EL MISMO; *De todos los Tribunales, libro I.*—El Presidente de una provincia no puede él mismo darse ni por tutor, ni tampoco por juez especial.

6. EL MISMO; *Opiniones, libro I.*—Prohíba el Presidente de provincia las exacciones ilícitas, y las hechas con violencia, y las ventas y cauciones arrancadas por miedo, ó sin contar el precio. Provea también el Presidente de provincia, á que nadie experimente lucro injusto ó daño.

§ 1.—La verdad no se vicia por los errores de las cosas hechas; y por tanto, atégase el Presidente á aquello que le conviene por la fe de lo que se probare.

§ 2.—Incumbe al deber del Presidente de provincia, que los más poderosos no inferan injurias á los más humildes, y que sus defensores no persigan por calumniosos delitos á inocentes.

§ 3.—Cuide el Presidente de provincia de prohibir, y si se hubiesen descubierto, de castigar, los oficios ilícitos encaminados á vejear á los hombres, bajo pretexto de ayudar á los militares; y prohiba que se hagan exacciones ilícitas; so color de tributos.

§ 4.—Encomiende á su propia sollicitud el Presidente de provincia, que no se prohiba á nadie la negociación licita, ni se ejerza la prohibida, ni se impongan penas á inocentes.

§ 5.—El Presidente de provincia proveerá á que no se veje con injusticias á los hombres de cortos haberes, so pretexto de la llegada de empleados ó de militares, destinando su única luz ó su reducido ajuar para uso de otros.

§ 6.—Provea el Presidente de provincia á que, á nombre de militares, no se embargue por algunos que injustamente vindiquen para sí como propios los provechos, alguna cosa que no pertenece en común á la utilidad de ellos.

§ 7.—Así como no debe imputarse al médico la eventualidad de la muerte, así debe imputarsele lo que por impericia cometió; no debe quedar impune, so pretexto de la fragilidad humana, el delito del que engaña en el peligro á los hombres.

§ 8.—Todos los que gobiernan provincias tienen jurisdicción de espada, y también se les ha concedido potestad para condenar á las minas.

§ 9.—Si el Presidente de provincia hubiere conocido, que la multa que impuso no puede ser cobrada de los presentes bienes de aquellos á quienes la señaló, modere la obligación del pago, después de reprendida la ilícita avaricia de los exactores. La multa perdonada en razón de pobreza por los que gobiernan las provincias, no debe exigirse.

7. EL MISMO; *Opiniones, libro III.*—El Presidente de provincia, reconocidos los edificios, compela á sus dueños, con conocimiento de causa, á repararlos, y contra el desobediente provea á la reparación del desperfecto con el oportuno remedio.

(1) sequi, inserta la Vulg.

(2) Otros, limino, Br.

(3) necessitatem, Hal.; necessitati, conjectura Br.

(4) Hal.; detractantem, Fl.

8. JULIANUS *libro I. Digestorum*.—Saepe an-
divi Caesarem nostrum dicentem, hac rescriptio-
ne: «Eum, qui provinciae praest, adire potest»
(1), non imponi necessitatem Proconsuli vel Le-
gato eius, vel Praesidi provinciae suscipiendae
cognitionis, sed cum aestimare (2) debere, ipse
cognoscere, an iudicem dare debeat.

9. CALLISTRATUS *libro I. de Cognitionibus*.—
Generaliter, quoties Princeps ad Praesides pro-
vinciarum remittit negotia per rescriptiones, vel-
uti: «Eum, qui provinciae praest, adire poteris»,
vel cum hac adiectione: «Is aestimabit (3), quid
sit partium suarum», non imponitur necessitas
Proconsuli vel Legato suscipiendae cognitionis,
quamvis non (4) sit adiectum: «Is aestimabit, quid
sit partium suarum»; sed is aestimare debet, utrum
ipse cognoscat, an iudicem dare debeat.

10. HERMOGENIANUS *libro II. Iuris Epitoma-
rum* (5).—Ex (6) omnibus causis, de quibus vel
Praefectus Urbi, vel Praefectus Praetorio, item-
que Consules, et Praetores ceterique Romae co-
gnoscunt, Correctorum et Praesidum provincia-
rum est notio.

11. MARCIANUS *libro III. Institutionum*.—
Omnia enim provincialia desideria, quae Romae
varios indices habent, ad officium Praesidum per-
tinent.

12. PROCULUS *libro IV. Epistolarum*.—Sed li-
cet is, qui provinciae praest, omnium Romae
magistratum vice et officio fungi debeat, non
tamen (7) spectandum est, quid Romae factum
est, quam quid fieri debeat.

13. ULPIANUS *libro VII. (8) de officio Procon-
sulis*.—Congruit bono et gravi Praesidi curare,
ut pacata atque quieta provincia sit, quam regit.
Quod non difficile obtinebit, si sollicito agat, ut
malis hominibus provincia careat, eosque conqui-
rat; nam et sacrilegos, latrones, plagiarios, fures
conquirere debet, et prout quisque deliquerit, in
eum animadvertere, receptoresque (9) eorum
coërcere, sine quibus latro diutius latere non
potest.

§ 1.—Furiosis (10), si non possint per necessa-
rios contineri, eo remedio per Praesidem obviam
eundem est, scilicet ut carcere contineantur; et
ita Divus Pius rescripsit. Sane exentiendum Divi
Fratres putaverunt in persona eius, qui parrici-
dium admisserat, utrum simulato furore facinus
admisisset, an vero re vera compos mentis non es-
set, ut, si simulasset, plecteretur, si fureret, in
carcere contineretur.

14. MACER *libro II. de Iudiciis Publicis*.—Di-
vus Marcus et Commodus Scapulae Tertyllo (11)
rescripserunt in haec verba: «Si tibi liquido com-
pertum est, Aelium Priscum in eo furore esse, ut

8. JULIANO; *Digesto, libro I*.—Muchas veces oí
á nuestro Cesar decir, que por este rescripto:
«Puede comparecer ante el que preside la provin-
cia», no se impone al Procónsul ó á su Legado, ó
al Presidente de la provincia, la necesidad de ha-
ber de conocer, sino que él debe estimar si deba
conocer él mismo ó nombrar juez.

9. CALISTRATO; *De las Jurisdicciones, libro I*.
Generalmente, cuando el Príncipe remite á los
Presidentes de provincia negocios por rescripto,
como este: «Podrás acudir al que preside la pro-
vincia»; ó con esta adición: «El estimará qué sea
de su competencia», no se impone al Procónsul ó
al Legado la necesidad de tomar á su cargo el co-
nocer, aunque no se haya añadido: «El estimará
qué sea de su competencia»; sino que él debe apre-
ciar, si ha de conocer él mismo, ó si debe nombrar
juez.

10. HERMOGENIANO; *Epítome del Derecho, li-
bro II*.—Corresponde á los Corregidores y Presi-
dentes de provincia el conocimiento de todas las
causas de que en Roma conocen ó el Prefecto de
la Ciudad, ó el Prefecto del Pretorio, y además los
Cónsules, y los Pretores y los demás Magistrados.

11. MARCIANO; *Instituta, libro III*.—Pues perte-
necen al cargo de los Presidentes todas las pre-
tensiones provinciales, que en Roma tienen asig-
nados varios jueces.

12. PRÓCULO; *Epístolas, libro IV*.—Pero aunque
el que preside una provincia deba desempeñar las
veces y el cargo de todos los Magistrados de Ro-
ma, no obstante, no se ha de atender á lo que se
hizo en Roma, sino á lo que deba hacerse.

13. ULPIANO; *Del Cargo de Procónsul, libro
VII*.—Corresponde á un buen y respetable Presi-
dente cuidar de que esté pacífica y quieta la pro-
vincia que gobierna. Lo que no difícilmente con-
seguirá, si con sollicitud procura que la provincia
esté limpia de hombres malos, y los persigue; por-
que debe perseguir á los sacrilegos, ladrones, pla-
giarios y rateros, y castigar á cada uno según
hubiere delinquido, y reprimir á sus encubridores,
sin los que el ladrón no puede estar oculto mucho
tiempo.

§ 1.—Respecto á los locos, si no pudieran ser
contenidos por sus parientes, debe proveerse de
remedio por los Presidentes, de suerte que sean
reducidos á encierro; y así lo decidió por rescrip-
to el Divino Pío. Y en verdad que los Divinos Her-
manos juzgaron que debía investigarse en la per-
sona del que había cometido un parricidio, si aca-
so había perpetrado el crimen con locura simulada,
ó si en realidad no estaba en su cabal juicio, para
que, si hubiese fingido, se le castigue, y si estuvie-
re loco, sea reducido á encierro.

14. MACER; *De los juicios públicos, libro II*.—
El Divino Marco y Cómodo contestaron por rescrip-
to á Scapula Tertyllo en estos términos: «Si para
ti se ha averiguado claramente, que Elio Prisco

(1) potes, Hal.

(2) existimare, Hal.

(3) existimabit, Hal.

(4) non, omitte la Vulg.

(5) iuris epitómā, Hal.

(6) De, Hal.

(7) tam, Hal.

(8) VI., Hal.

(9) receptatoresque, Vulg.

(10) Furiosi si non, Hal.

(11) Tertyllo, Hal.

continua mentis alienatione omni intellectu careat, nec subest ulla suspicio, matrem ab eo simulatione dementiae occisam, potes de modo poenae eius dissimulare, quum satis furore ipso puniatur; et tamen diligentius custodiendus erit ac, si putabis, etiam vinculo coercendus, quoniam (1) tam ad poenam, quam ad tutelam eius et securitatem proximorum pertinebit. Si vero, ut plerumque assolet, intervallis quibusdam sensu saniore, non (2) forte eo momento scelus admiserit—nec morbo eius danda est venia—diligenter explorabis; et si quid tale compereris, consules nos, ut aestimemus, an per immanitatem facinoris, si quum posset videri sentire, commiserit, supplicio afficiendus sit. Quum autem ex literis tuis cognoverimus, tali cum loco atque ordine esse, ut a suis vel etiam in propria villa custodiat, recte facturus nobis videris, si eos, a quibus illo tempore observatus (3) esset, vocaveris, et causam tantae negligentiae excusseris, et in unumquemque eorum, prout tibi levare vel onerari culpa eius videbitur, constitueris. Nam custodes furiosos non ad hoc solum adhibentur, ne quid perniciosius ipsi in se moliantur, sed ne alius quoque exitio sint; quod si committatur, non immerito culpae eorum adscribendum est, qui negligentiores in officio suo fuerint.

15. MARCIANUS libro I. (4) de Iudiciis Publicis.—Illud observandum est, ne, qui provinciam regit, fines eius excedat, nisi voti solvendi causa; dum tamen abnoctare ei non liceat.

16. MACER libro I. de officio Praesidis.—Senatusconsulto cavetur, ut de his, quae provincias regentes, comites aut libertini (5) eorum, antequam in provinciam venerint, contraxerunt, parissime ius dicatur, ita ut actiones, quae ob eam causam institutae non essent (6), posteaquam quis eorum ea provincia excesserit, restituantur. Si quid tamen invito accidit, veluti si iniuriam aut furtum passus est, hactenus ei ius dicendum est, ut litem (7) contestetur, resque ablata exhibeatur et deponatur, aut sisti exhibere satisfactio promittatur.

17. CELSUS libro III. Digestorum.—Si forte Praeses provinciae manumiserit, vel tutorem dederit, priusquam cognoverit successorem advenisse, erunt haec rata.

18. MODESTINUS libro V. (8) Regularum.—Plebiscito continetur, ut ne quis Praesidum munus, donum caperet, nisi esculentum potulentumve, quod intra dies proximos prodigatur.

19. CALLISTRATUS libro I. de Cognitionibus.—Observandum est ius reddenti, ut in adeundo qui-

está tan loco, que por su continua enagenación mental carezca de todo entendimiento, y no queda sospecha alguna de que su madre haya sido muerta por él con simulación de demencia, puedes disimular en el modo de su pena, como quiera que bastante castigado está con su misma locura; pero no obstante, deberá ser custodiado con más diligencia, y, si así lo juzgares, aun atado, porque será pertinente tanto para su castigo, como para su guarda y la seguridad de sus parientes. Mas si, como muchas veces sucede, hubiere cometido el crimen en algunos intervalos de más sano juicio, no acaso en aquella situación, — y no se ha de dar excusa á su enfermedad — lo investigarás diligentemente; y si hubieres averiguado algo de esto, nos consultarás, para que apreciemos, si haya de ser condenado al suplicio por la crueldad del delito, si hubiere cometido este cuando podía parecer que estaba en su juicio. Mas como hayamos conocido por tu carta, que estaba en tal lugar y disposición, que se custodiaba por los suyos y aún en su propia granja, nos parece que obrarás rectamente, si llamas á aquellos por quienes á la sazón hubiese estado vigilado, y averigüares la causa de tanta negligencia, y procedieres contra cada uno de ellos, según te pareciere que se aminoraba ó se agravaba su culpa. Porque no se dan guardas á los locos solo para que estos no intenten nada malo contra sí, sino para que tampoco sean la perdición de los demás; lo que si sucediere, no sin razón deberá atribuirse á culpa de aquellos que hubieren sido negligentes en su cargo.

15. MARCIANO; De los Juicios públicos, libro I.—Se ha de observar, que el que gobierna una provincia no salga de los límites de esta, sino por causa de cumplir algún voto; y aún esto, sin que le sea lícito pernoctar fuera de ella.

16. MACER; Del cargo de Presidente, libro I.—Está prevenido por un Senadoconsulto, que sobre las obligaciones que contajeron, antes de ir á la provincia los gobernadores, sus subdelegados, ó sus libertinos, se pronuncie sentencia con suma parsimonia, de tal suerte que las acciones, que por esta causa no se hubiesen propuesto, se restituyan después que cualquiera de ellos hubiere salido de aquella provincia. Mas si contra su voluntad le aconteció algo, por ejemplo, si fué objeto de una injuria ó de un hurto, se le ha de administrar justicia, hasta que sea contestada la demanda, y se exhiba y deposite la cosa quitada, ó se prometa con fianza estar á derecho ó exhibirla.

17. CELSO; Digesto, libro III.—Si por acaso el Presidente de provincia hubiere manumitido, ó dado tutor, antes que hubiere sabido que había llegado su sucesor, serán válidos estos actos.

18. MODESTINO; Reglas, libro V.—En un Plebiscito se expresa, que ninguno de los Presidentes reciba regalo ó donación, sino cosa de comer ó beber, que se gaste en pocos días.

19. CALISTRATO; De las Jurisdicciones, libro I.—Se ha de observar por el que administra justi-

(1) non, in se ta la Vulg.
(2) sensu sanior est: num forte eo morbo eius danda sit venia, Hal.
(3) observandus, Vulg.
(4) II., Hal.

(5) liberti, Hal.
(6) et ut actiones amissae ob eam causam, quae institutae non sint, Hal.
(7) lis, Hal.
(8) VI., Hal.

dem facilem se praebeat, sed contemni non patitur. Unde mandatis adicitur, ne Praesides provinciarum in ulteriorem familiaritatem provinciales admittant; nam ex conversatione aequali contentio dignitatis nascitur.

§ 1.—Sed et in cognoscendo neque excandescere adversus eos, quos malos putat, neque precibus calamitosorum illacrimari oportet; id enim non est constantis et recti iudicis, cuius animi motum vultus detegit. Et summam ita ius reddi debet, ut auctoritatem dignitatis ingenio suo augeat.

20. PAPINIANUS *libro I. Responsorum*. — Legatus Caesaris, id est (1) Praeses vel Corrector provinciae, abdicando se non amittit imperium.

21. PAULUS *libro singulari de officio Assessorum*. — Praeses quum cognoscat de servo corrupto, vel ancilla devirginata, vel servo stuprato, si actor rerum agentis corruptus esse dicetur, vel eiusmodi homo, ut non ad (2) solam iacturam adversus substantiam, sed ad totius domus eversionem pertineat, severissime debet animadvertere.

TIT. XIX

DE OFFICIO PROCURATORIS CAESARIS VEL RATIONALIS

1. ULPIANUS *libro XVI. ad Edictum*. — Quae acta gesta sunt a Procuratore Caesaris, sic ab eo comprobantur, atque si a Caesare gesta sunt.

§ 1.—Si rem Caesaris Procurator eius quasi rem propriam tradat, non puto eum dominium transferre; tunc enim transfert, quum negotium Caesaris gerens consensu ipsius tradit. Denique si venditionis, vel donationis, vel transactionis causa quid agat, nihil agit; non enim alienare ei rem Caesaris, sed diligenter gerere commissum est.

§ 2.—Est hoc praecipuum in Procuratore Caesaris, quod et eius iussu servus Caesaris adire hereditatem potest; et si Caesar heres instituitur, miscendo se opulentiae hereditati Procurator heredem Caesarem facit.

2. PAULUS *libro V. Sententiarum*. — Quod si ea bona, ex quibus Imperator heres institutus est, solvendo non sint, re perspecta consultitur Imperator (3); heredis enim instituti in aleundis vel repudiandis (4) huiusmodi hereditatibus voluntas exploranda est.

3. CALLISTRATUS *libro VI. de Cognitionibus*. — Curatores Caesaris ius deportandi non habent, quia huius (5) poenae constituendae ius non habent.

§ 1.—Si tamen quasi tumultuosum vel iniurio-

cia, el mostrarse ciertamente afable con los que se le presenten, pero sin que consienta ser menospreciado. Por lo cual se añade en los mandatos, que los Presidentes de provincias no admitan á los habitantes en su familiaridad íntima porque de la conversación entre iguales nace el menosprecio de la dignidad.

§ 1.—Pero tampoco al conocer de una causa conviene que se irrite contra aquellos que reputa malos, ni que vierta lágrimas con las súplicas de los desgraciados; porque no es de juez constante y recto, que el semblante descubra los movimientos de su ánimo. Y en suma, debe administrarse la justicia de modo, que con el propio talento aumente la autoridad de su dignidad.

20. PAPINIANO; *Respuestas, libro I*.—El Legado del Cesar, esto es, el Presidente ó el Corregidor de provincia, no pierde el mando dimitiendo.

21. PAULO; *Del cargo de Asesor, libro único*.—Cuando un Presidente conozca acerca de un esclavo corrompido, ó de una esclava desflorada, ó de un esclavo estuprado, si se dijese que había sido corrompido un administrador de los bienes del actor, ú otro hombre semejante, de suerte que afecte no solo al detrimento de los bienes, sino también á la destrucción de toda la casa, debe castigar severísimamente.

TÍTULO XIX

DEL CARGO DE PROCURADOR DEL CESAR Ó CONTADOR

1. ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro XVI*. —Las cosas que se trataron y realizaron por el Procurador del Cesar, de tal modo son aprobadas por éste, como si por el mismo Cesar se hubieran ejecutado.

§ 1.—Si el procurador del Cesar entregare como propia una cosa de éste, no juzgo que transfiera el dominio; porque lo transfiere tan solo, cuando gestionando un negocio del Cesar la entrega con consentimiento del mismo. Finalmente, si hiciera alguna cosa por causa de venta, ó de donación, ó de transacción, nada hace; porque no se le ha encomendado enagenar lo que es del Cesar, sino administrarlo diligentemente.

§ 2.—Es peculiar en el Procurador del Cesar, que también por su mandato puede el esclavo del Cesar adir una herencia; y si el Cesar fuera instituido heredero, el Procurador, inmiscuyéndose en una herencia opulenta, hace heredero al Cesar.

2. PAULO; *Sentencia, libro V*.—Pero si aquellos bienes, de que el Emperador fué instituido heredero, no alcanzaron para pagar las deudas, reconocido esto, se consulta al Emperador; porque se ha de explorar la voluntad del heredero instituido para adir ó repudiar semejantes herencias.

3. CALISTRATO; *De las Jurisdicciones, libro VI*. —Los Procuradores del Cesar no tienen derecho para deportar, porque no tienen jurisdicción para imponer esta pena.

§ 1.—Pero si hubieren prohibido que alguno

(1) Hal. en lugar de id est, escribe vel.

(2) Addese ad por conjetura de Gothofr.; Fl. omite ad; Hal. y la Vulg., ut non solum iactura.

(3) Impetatori, Hal. Vulg.

(4) vel repudiandis, omittelas Hal.

(5) huius, omittela Hal.

sum adversus colonos Caesaris prohibuerint in praedia Caesariana accedere, abstinere debebit; idque Divus Pius Iulio rescripsit.

§ 2.—Deinde neque redire cuiquam permittere possunt; idque Imperatores nostri Severus et Antoninus ad libellum Hermiae rescripserunt.

TIT. XX

DE OFFICIO IURIDICI (1)
[Cf. Cod. I. 37.]

1. ULPIANUS libro XXVI. ad Sabinum. — Adoptare quis apud Iuridicum potest, quia data est ei legis actio.

2. IDEM libro XXXIX. ad Sabinum. — Iuridico, qui Alexandriae agit, datio tutoris Constitutione Divi Marci concessa est.

TIT. XXI

DE OFFICIO EIUS, CUI MANDATA EST IURISDICTION
[Cf. Cod. I. 50.]

1. PAPINIANUS libro I. Quaestionum. — Quaecunque specialiter Lege, vel Senatusconsulto, vel Constitutione Principum tribuuntur, mandata iurisdictione non transferuntur; quae vero iure Magistratus competunt, mandari possunt. Et ideo videntur errare Magistratus, qui quum publici iudicii habeant exercitationem (2) Lege vel Senatusconsulto delegatam (3), veluti legis Iuliae (4) de adulteriis, et si quae sunt aliae similes, iurisdictionem suam mandant. Huius rei fortissimum argumentum, quod lege Iulia de vi nominatim cavetur, ut is, cui obtigerit exercitio (5), possit eam, si proficiscatur, mandare. Non aliter itaque mandare poterit, quam si abesse coeperit, quum alias iurisdictione etiam a praesente mandetur. Et si a familia dominus occisus esse dicatur, cognitionem Praetor, quam ex Senatusconsulto habet, mandare non poterit.

§ 1.—Qui mandatam iurisdictionem suscepit, proprium nihil habet, sed et eius, qui mandavit, iurisdictione utitur. Verius est enim, more maiorum iurisdictionem quidem transferri, sed merum imperium, quod Lege datur, non posse transire; quare nemo dicit, animadversionem Legatum Praefectus habere mandata iurisdictione. Paulus notat: «et imperium, quod iurisdictioni cohaeret, mandata iurisdictione transire verius est».

2. ULPIANUS libro III. de omnibus Tribunalibus. — Mandata iurisdictione a Praeside consilium non potest exercere is, cui mandatur.

(1) ALEXANDRINI, añade la Vulg.
(2) exercitationem, Vulg.
(3) delatam, Hal.

como alborotador ó injurioso contra los colonos del Cesar entrase en los predios Cesáreos, deberá abstenerse; y esto contestó por rescripto el Divino Pío á Julio.

§ 2.—Además, tampoco pueden permitir á nadie que regrese; y esto contestaron por rescripto nuestros Emperadores Severo y Antonino á la consulta de Hermia.

TITULO XX

DEL CARGO DE JURÍDICO
[Véase Cod. I. 57.]

1. ULPIANO; *Comentarios á Sabino, libro XXVI.* — Cualquiera puede adoptur ante el Jurídico, porque se dió á este la acción de la ley.

2. EL MISMO; *Comentarios á Sabino, libro XXXIX.* — Al Jurídico, que ejerce en Alejandría, le está concedida por una Constitución del divino Marco la dación de tutor.

TITULO XXI

DEL CARGO DE AQUEL Á QUIEN SE DELEGÓ JURISDICCIÓN
[Véase Cod. I. 50.]

1. PAPINIANO; *Cuestiones, libro I.* — Cualesquiera facultados que especialmente son concedidas por una Ley, ó un Senadoconsulto, ó una Constitución de los Principes, no se transfieren con la jurisdicción delegada; pero pueden delegarse las que competen por derecho de la Magistratura. Y por esto se reputan que yerran los magistrados que teniendo delegado por una Ley ó Senadoconsulto el ejercicio de los juicios públicos, como el de la ley Julia sobre adulterios, y si hay algunas otras semejantes, delegan su jurisdicción. Es prueba vigorosísima de esto, que en la ley Julia sobre la fuerza se manda expresamente, que aquel á quien se hubiere conferido este ejercicio, pueda delegarlo, si se ausentare. Por tanto, no podrá delegarlo de otro modo, que cuando hubiere comenzado á ausentarse, mientras que en otros casos se delega la jurisdicción aun por el que está presente. Y si se dijere que un señor ha sido muerto por la familia, el Pretor no podrá delegar el conocimiento de la causa, que tiene conferido por Senadoconsulto.

§ 1.—El que recibió jurisdicción delegada, no tiene nada propio, sino que ejerce la jurisdicción de aquel que se la delegó. Porque es muy verdad, que según la costumbre de nuestros mayores se transfiere ciertamente la jurisdicción, pero que el mero imperio, que se da por la Ley, no se puede transmitir; por lo cual nadie dice, que el Legado del Procónsul tenga facultad de castigar por su jurisdicción delegada. Paulo hace notar: «es lo más cierto, que también el imperio, que está anejo á la jurisdicción, se transmite con la jurisdicción delegada».

2. ULPIANO; *De todos los Tribunales, libro III.* — Con la jurisdicción delegada por el Presidente, no puede ejercer de consejero aquel á quien está delegada.

(4) lege Iulia, Hal. Vulg.
(5) exercitatio, Hal.

§ 1.—Si tutores vel curatores velint praedia vendere, causa cognita id Praetor vel Praeses permittat; quod si mandaverit iurisdictionem, nequaquam poterit mandata iurisdictione eam quaestionem transferre.

3. IULIANUS *libro V. Digestorum*. — Etsi Praetor sit is, qui alienam iurisdictionem exsequitur, non tamen pro suo imperio agit, sed pro eo, cuius mandatu ius dicit, quoties partibus eius fungitur.

4. MACER *libro I. de officio Praesidis*. — Cognitio de suspectis tutoribus mandari potest; imo etiam ex mandata generali iurisdictione propter utilitatem pupillorum eam contingere constitutum est in haec verba: «Imperatores Severus et Antoninus Braduae (1) Proconsuli Africae. Quum propriam iurisdictionem Legatis tuis dederis, consequens est, ut etiam de suspectis tutoribus possint cognoscere».

§ 1.—Ut possessio bonorum detur, vel si cui damni in eam non (2) caveatur, ut is possideri iubeatur, aut ventris nomine in possessionem mulier, vel is, cui legatum est, legatorum servandorum causa in possessionem mittatur, mandari potest (3).

5. PAULUS *libro XVIII. ad Plautim*. — Mandatam sibi iurisdictionem mandare alteri non posse manifestum est.

§ 1.—Mandata iurisdictione privato, etiam imperium, quod non est merum, videtur mandari, quia iurdictio sine modica coërcitione nulla est.

TIT. XXII

DE OFFICIO ASSESSORUM (4)

[Cf. *Cod. I. 51.*]

1. PAULUS *libro singulari de officio Assessorum*. — Omne officium Assessoris, quo iuris (5) studiosi partibus suis funguntur, in his fere causis constat: in cognitionibus, postulationibus, libellis, edictis, decretis, epistolis.

2. MARCIANUS *libro primo de Iudiciis publicis*. — Liberti assidere possunt. Infames autem licet non prohibeantur legibus assidere, attamen arbitror, ut aliquo quoque decreto Principali refertur constitutum, non posse officio Assessoris fungi.

3. MACER *libro I. de officio Praesidis*. — Si eadem provincia, postea divisa, sub duobus Praesidibus constituta est, velut Germania, Mysia, ex altera ortus in altera assidebit, nec videtur in sua provincia assedisso.

4. PAPINIANUS *libro IV. (6) Responsorum*. — Diem functo Legato Caesaris, salarium Comitibus residui temporis, quod a Legatis praestitutum est, debetur, modo si non postea Comites cum

(1) Blanduae, *Hal.*(2) nomine, *erradamente la Vulg.*(3) mandari potest, *omitelas Hal.*

§ 1.—Si los tutores ó curadores quisieran vender algunos predios, permítalo el Pretor ó el Presidente con conocimiento de causa; pero si hubiere delegado la jurisdicción, en manera ninguna podrá transferir el conocimiento de esta cuestión con la jurisdicción delegada.

3. JULIANO; *Digesto, libro V.*— Aunque sea Pretor aquel que ejerce jurisdicción ajena, no obra, sin embargo, por su propio imperio, sino por el de aquel por cuyo mandato administra justicia, mientras desempeña sus veces.

4. MACER; *Del cargo de Presidente, libro I.*— El conocimiento sobre tutores sospechosos puede delegarse; y por utilidad de los pupilos se ha determinado por las siguientes palabras, que también compete en virtud de la jurisdicción delegada en general: «Los Emperadores Severo y Antonino á Bradua, Procónsul de Africa. Habiendo dado tu propia jurisdicción á tus Legados, es consiguiente, que también puedan conocer sobre tutores sospechosos».

§ 1.—Puede delegarse que se dé la posesión de bienes, ó que si no se diere caución al que le amenaza un daño, se mande que este posea, ó que sea puesta en posesión la mujer en nombre de su vientre, ó aquel, á quien se hizo un legado, para que conserve los legados.

5. PAULO; *Comentarios á Plaucio, libro XVIII.*— Es evidente que la jurisdicción delegada á uno no puede ser por este transferida á otro.

§ 1.—Con la jurisdicción delegada á un particular, se reputa que también se le delega el imperio, que no es mero, porque es nula la jurisdicción sin facultad para alguna leve corrección.

TITULO XXII

DEL CARGO DE ASESOR

[Véase *Cod. I. 51.*]

1. PAULO; *Del cargo de Asesor, libro único*. — Todo el cargo de Asesor, que dentro de sus atribuciones ejercen los estudiosos del Derecho, consiste casi en estas cosas; en conocimientos, peticiones, libelos, edictos, decretos y cartas.

2. MARCIANO; *De los Juicios públicos, libro I.*— Los libertos pueden asesorar. Los infames, aunque por las leyes no se les prohíba asesorar, opino, sin embargo, que, como se dice hallarse establecido por cierto decreto del Príncipe, no pueden desempeñar el cargo de Asesor.

3. MACER; *Del cargo de Presidente, libro I.*— Si una misma provincia, dividida después, quedó constituida bajo dos Presidentes, como la Germania, y la Misia, el oriundo de la una asesorará en la otra, y no parece que haya asesorado en su provincia natal.

4. PAPINIANO; *Respuestas, libro IV.*— Fallecido el Legado del Cesar, se debe á los Adjuntos el sueldo del restante tiempo, que se les prefijó por los Legados, siempre que después no hayan sido

(4) ASSESSORIS, *Hal.*(5) VIPI, *Vulg.*(6) XXXI, *Hal.*